

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corpus.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Canone Fidei

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber undecimus, De canonis intellectu

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-907](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-907)

XXV. Scilicet, tam facile homines abducuntur à terrenis ad coelestia, à carnibus ad spiritualia! Scilicet adeo immutata est hominum natura, ut quos olim necesse erat increpari, quod essent carnales, tertio capite prioris ad Corinthios, & quod post multum tempus hærerent ipsis elementis, & laetè eggerent, ad Hebr. 5. ijs, si vel digito Biblia indices, si vel verbo legenda significes; imo vero nisi seuerre prohibeas, periculum sit ne toti subito spirituales fiant, & vim faciant celorum regno. Denique timet Sutor, & merito quidem timet, vt pote Papista, & non plures sint, quæ sua sunt quærentes, quam quæ sunt Christi.

XXVI. Quanto aliter David? Beatus (inquit) vir cuius in lege Domini voluntas, qui in ea meditatur dies ac noctes: Psalmus 1. id est, interprete Arnobio, qui memor legis Dei, ibi suam occupat voluntatem, & diurnam ac nocturnam actionem suam in meditatione diuinæ & legis exercet, ut hoc quod Adam perdidit contemnendo iste custodiendo inuenient. Quanto aliter Moses, Meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere & dormiens, atque consurgens: Deuteronom. 6. Origenes in Exodum homilia 12. Omnis, qui, cum legitur Moses, de negotiis seculi, de pecunia, de lueris sollicitudinem gerit, auerteretur. Omnis, qui possessione curia stringitur, & diuiniarum cupiditate distinxitur, qui gloria seculi, & mundi honoribus studet, auerteretur. Et paucis interpositis Quid ergo est conuerteri? Si his omnibus terga vertamus, & studio, actibus, mente, sollicitudine, verbo Dei operam demus, & in lege eius die ac nocte meditemur, omnis omnibus Deo vacemus, exerceamur in testimonio eius, hoc est, conuerterum esse ad Dominum.

XXVII. Nullum tamen est periculum. Nam qui Scripturam & leget diligenter, & animo fideli, inueniet sibi necessitatem impositam edendi panis in sudore vultus sui, statim ab initio Scriptura, id est, Genesios tertio. Et à Paulo audier, posterioris ad Thessalonicenses tertio, Cum essemus apud vos, denunciabamus vobis, quod se quis nolit operari, et iam non editio. Audimus enim quodam versari inter vos inordinatae, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, denuntiamus, & e-

os obsecramus per Dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operantes suo pane vescantur. Deinde quinto capite prioris ad Timotheum leget, Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Comperiet denique praeceptum, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Exodi vigesimo. Et haec denuntiationes, obtestationes, obsecrations, & mandata; imo vero haec fulgura sufficiente excutiendæ incuriae. Nec sane cognitum fuit illum periculum eiusmodi Chrysostomo, qui clamabat præferandam Scripturarum lectionem curæ domesticæ, in Matthæum homilia 5. qd̄ ἔχεις δέ τούς συνάδεις αὐτούς εἰς τὸ μὲν πρώτην τὸ οὐαὶ τοῦ μεταποίησεν δοξαν, τὸ δὲ γεωμετρικόν, ἐπὶ παιδία τοῖς τηλευτικοῖς τούς εἰς οὐαὶν πολεῖν συνάδεις, εἰ τόπιον, εἰ τοῖς πιστινοῖς προφεγέτων, Non oportebat à cœtu Ecclesiæ recedentes, contrariis huic studio negotii implicari: sed domum reuersos continuo librum assumere: ac uxorem, liberisque ad dictorum communionem accersere: atque ita demum huius vita negotia attingere.

XXVIII. Superest arrogantia. Est enim (inquit) præsumptio insignis rudibus, hominibus tractare velle ardua Scripturæ diuina mysteria, quæ docta sublimaque ingenia vix penetrare queunt, Velle (inquam) in eorum lectione versari quæ obscura sunt ac recondita. Sed & maioris arrogantiae fuerit, si eam excutere, & de sensibus eius disceptare præsumperit.


XXIX. Respondeo, nescire Sutorem, quid sit arrogantia: negari autem eum esse huius criminis réum, qui difficultia inquirit, sed tantum qui, à quib. adhuc longe absit, ad ea se peruenisse putat. Hunc, siue legat, siue non legat Scripturam, nos etiam detestabimur: sed & videmus in Scriptura coercitum, μὴ τὰ ἡγεμονικὰ φεγγύεται, non elate de vobis ipsis sentientes, 12. ad Romanos. Et μηγέγεγονε μηνιψηλοφεγγεῖν, denuntia, ne efferauntur animo, 1. ad Timotheum 6. Atilium non veremur, ne quis merito daminet: quia, certi difficultia sunt quedam, tamen ea ad nos omnes pertinent, proinde sunt diligenter inquirenda, id est, ut iussit Christus) crucitanda.

FINIS LIBRI DECIMI.

## LIBER VNDECIMVS, De CANONIS INTELLECTV.

Caput Primum.

### De Scripturis vertendis, Status Controversie.



E Scripturæ lectione haec tenus. Eiusdem Intellectus, in verbis est, vel sententijs. De illis nunc, postea de istis: quia verba sententiarum signa sunt: priusq; est sententiarum intellegendarum impedimentum, signorum ignorantia: Itaq; hac non remota, fieri non potest, ut ad sententiarum mysteria deueniamus.

II. Verba, quibus à Spiritu Sancto concepti sunt & d. ti libri sacri, vel Hebreæ sunt, vel Græca, illa pertinent ad Verum Testamentum, hæc ad Nouum.

Et vir ijs, quidem tantum ijs per se cognita, qui natura Hebrei olim erant, vel Græci, quemadmodum noui, Italica Italis, Germanica Germanis, Hispanica Hispanis, Gallica Gallis. Similiter ut Italica Germanis, Hispanis, & Gallis. Germanica, Italis, Hispanis & Gallis incognita sunt: Hebraica etiam & Græca omnino barbara sunt, non Hebreis & Græcis nisi vel ipsa doceantur: vel certe, quod proximum est adiumentum, transferantur: quorum duorum prius nullam habet controversiam inter Catholicos & Papistas: at secundum habet.

III. Sic nobis quæstio nascitur deinceps agitanda de Translationib. Scripturæ Sacrae. Eiusq; duo sunt capita. Priors, an ius fasq; sit Scripturæ sacræ libros in quamlibet linguam vulgo cogitam, captiuiq; plebis accommodata transferre. Alterum, quanta sit, aut esse debeat Translationum auctoritas in Ecclesia.

IV. De primo cap. scripterunt ijdem qui sunt enumerati in preced. Controv. Porro Catholici uno verbo respondent, & posse, & debere totam Scripturam sanctam plebi communicari, eo idiomate quod ipsa intelligat: laudabilemque esse eorum operam, qui in id opus incumbunt. Neque hoc tantum verbo docuimus, sed etiam reapse complevimus. Nam ex quo tempore Deus hominum misertus instaurauit puram Euangelij predicationem, Scripturam habemus non tantum Hebraice, Græce & Latine, ut prius: sed etiam Gallice, Italice, Hispanice, Germanice, Anglice, Bohemice, & alteri: sic, ut omnis iam lingua laudet Dominum, & salutem suam quilibet haurire possit è fontibus.

V. At Papistæ aliter sentiunt: sed & ipsi inter se varie. Nam initio graniter, & in vniuersum inuecebantur in omnes versiones vulgares, easq; seuerre damnabant. Petrus Sutor Carthusianus, vernacula & maternam (sic enim appellat) Bibliæ versionem non improbat tantum, sed etiam pollicetur ostensurum, esse ineptam, temerariam, periculosam. Petrus Lizetus testatur Ecclesiæ Catholicæ non pertinet habere, hanc vulgarem translationem, Christianismo potius erroris circumventionem, & hæreseos perniciem, quam adiumentum attulisse. Franciscus Cordubensis, non tantum inde contendit fieri Scripturam obcuriorem, sed eos etiam qui eam transferunt in lingua vul-

garem, male mereri de fide Christiana. Ioannes Arboreus Theosophus lib. 8. c. 11. Hæresum (inquit) una origo est, sacras literas in vulgarem lingua transference. Alphonsus de Castro, hoc nomine reges Hispanie valde laudat, quod vernacula versiones prohibuerint. Locus, est 13. c. lib. 1. contra hæreses. Laudandum merito venit editum illustrissimorum Cai hæretorumque Hispanie Regi, Ferdinandi videlicet, iusq; coniugis Elizabetæ, quo sub grauissimis penit prohibuerunt, ne quis sacras literas in lingham vulgarem transferret, aut ab alio translatas quoquo pactor etineret.

VI. Deinceps vero inflexerunt se, & moliores facti, ipsam quidem versionem desierunt omnino funditusq; impugnare: sed ut tolerandam ponius, quā aut præcipiendam, aut diserte perinitendam. Itaq; coeperunt illi quidē paucis annis nostrorum diligentiam in hac parte imitari. Louanienses n. Gallice nobis ediderunt libros facios: Rhemenes Anglice, ut compéri ex Whitakero. Vlum tamen varijs cautionibus compescuerunt: unde natum est Concilij Tridentini editum, in Iudicel librorum prohibitorum, quod iam recitatum est superoris lib. c. 1.

VII. Ex his duab. sententijs; prior sine dubio erat secundum carnem prudetior; quæ id, vnde sibi malum Papismus metuit, prorsus vetare maluit, quā laborare in cautelis ex cogitandis: cōsilio, si non honesto, certe securō, & minus molesto. Posterior vero, plus habet astutie, quæ, q; videbar verecunde nō posse prohiberi, tot cautionib. cohiberet, ut non magis valeat permisum quāprohibitum: consilio etiū paulo magis laborioso, tamen in speciem honestiore.

VIII. Sed, ut intelligamus harum sententiarum authores, siue manus, hos duos Papistarum ordines, verbis potius quam re ipsa discrepare, obseruandū est, primo ijsdem vtrōsq; argumentis vti; ab ijsdem incommodis: quidni igitur censeamus in eundem finem conspirare? Secundo, posteriores ita suā sententiam temperare, ut diserte significant singulis imperandam esse facultatē, & quidem scriptam, vtrī vulgata editione aliqua. At hoc quis non vides supponere generalem prohibitionem? Nam alias, quid opus est speciali indulgentia?

IX. Et tamen Bellarminus, idemque Salmero putauit occasionem sibi luculentam præberi insurgēdi in Martinum Chemnitium, quasi Papistas calumniantem, quod prohiberent omnino vulgares translationes, qui tamen nihil dixit huiusmodi: nihil etiam, quod non vere potuerit. Nam cum examinaret Decretum Concilij Tridentini sessione 4. de editione & ysu sacrorum librorum, obseruat agi eo Canone tantum de Latinis editionibus, quod negare nemo potest, qui locum legerit, quem ipse totidem verbis transcriptū recitat. Et, oblique igitur, (inquit) quod alius aperte faciunt, damnant, si in aliis vernacularis, & popularis linguis Scriptura transferatur. Et multo post, Quæstio est, an licet Sacram Scripturam transferre ex suis fontibus in illas linguis, quæ hoc tempore in nostris regionibus usitata sunt, & late patent. Hoc institutum Pontificij non tantum damnant, sed ferro & flamma persequuntur, dimicantes tantum pro Latina versione.

X. Hæc Chemnitius libere & vere, ut debuit: quibus cum opponit Bellarminus regulam quartam Indicis librorum prohibitorum, nihil aliud quam

quam rugatur. Agit enim ille de Canone Tridentino, ubi de vulgarate versione Latinæ autoritate seuerè præcipitur, de alijs in alias linguis, merum est silentium. Index autem ille non est in Concilio editus, sed a Pio quarto; anno denum sexagesimo quarto, cum præcedenti, id est, sexagesimo quarto dimis sua est in Concilium.

XI. Deinde Chemnitius loquitur de versionibus in vulgares linguas non quibuscunque, sed quæ essent ex ipsis fontibus; nimurum ex Hebreo Veteris Testamenti, & Græco Noui. At non tantum Concilium de ijs non loquitur, sed ne illa quidem Indicis regula. Imo improbantur à Iesuitis. Nam Louanianus Gallice, & Rhemensis Anglice exprefserunt Latinam vulgaram editionem, non ipsos fontes. Et Concilium nullam aliam vult editionem edificari aut explicari.

XII. Tertio, non tantum in Concilio, merum videbat silentium Chemnitius de translationibus in omnes linguis, sed etiam legerat alios autores eas diserte impugnantes. Audierat Hispanica edita; quæ grauissimas penas minarentur. Viderat immanem, & plusquam barbaram Pontificiæ lanienæ crudelitatem, quæ harum versionum distractionem flammis vicicebatur.

C A P. II.

*An Scripturam Ecclesia proposuerit lingua vulgari.*

**I.** Confectum videri possit negotium, tractata precedenti Controuerchia. Nam si certum est, quodlibet Christianorum genus posse libere, immo vero debere Scripturā vel legere per se, vel ab alijs lectam audire. Si certū est etiam non omnes fideles, aut scire, aut teneri linguam Hebreām & Græcam discere. Ergo hoc tandem necessario conficitur, debere in omnes linguis, libros sanctos multiplicari: alias, nec legi, nec audiri possent à laicis. Sed pergit, mus ad alia argumenta.

II. Quicquid in Ecclesia primum est; id est verissimum. At in Ecclesia vsl linguae cognitæ, & vulgaris in Scripturis proponendis, primus est. Ergo & verissimus. Maior probatur exemplo Christi; qui volens exorem diuertitorum corrigerere dixit à principio non ita fuisse. Matthæi 19. qualiter diceret, omnium quæ obseruantur ab Ecclesia rationem reducendam ad initia. Hanc ipsam ob causam Tertullianus hereticos reuocat ad id, quod à Christo, & Apostolis erat institutum, libri de Præscriptionibus capit. 31. Ita ex ipso ordine manifestatur ( inquit ) id esse Dominicum & verum, quod sit prius traditum: id autem extraneum & falsum, quod sit posterius immisum.

III. Minor probatur ex ipso vsu primorum Ecclesiæ temporum, tam sub Veteri, quam sub Nouo Testamento. Moses primus inter Prophetas scriptor sanctorum librorum, vsus est idiomate Hebraico, non tantum communis, sed etiam vulgari ci populo, cui scripta sua & ipsæ legebat, Exodi 24. & post selegenda relinquebat, Deuteronomio 31. Iosue 8. Deinceps etiam reliqui Prophetæ omnes vsi sunt eadem lingua. Prophetæ ( inquam ) quorum plurimque manus erat populum increpare ob vitia : quod frustra fecissent, si barbaro idiomate vsi fuissent.

IV. In Nuevo Testamento Christus etiam omnia sua mysteria sic propositi, ut ab auditoribus intelligerentur. Deinde non tantum Paulus ad Corinthios, Philippenses, Thessalonenses, Colosenses, Galatas, atque alios scripti Graec, hoc est, idioma illis cognito, sed etiam, saltem si antiquis credimus, Matthaeus Hebreis Hebraice: &, si Bellarmine atque Baronio, Marcus Latinis Latine. Et quidem notanda ratio. Nam quamdiu mansit Ecclesia in Iudeis tantum, scripti sunt libri Hebraice tantum; at cum a Iudeis ad Graecos (sic enim Paulus totum orbem distinguit in Iudeos & Graecos) tum qui facti sunt libri, Graec scripti sunt: imo etiam paulo ante id tempus, singulari Dei prouidentia, illi ipsi Hebrei, in Graecum translati. Vnde, quis non videt Deum velle suos libros hominibus communicare idioma cognito?

V. Aduersiorum variae sunt ad hoc argumentum strophæ. Andradius necessitate factum, ut Scriptura primo concepta fuerit vulgari lingua, cum nulla esset doctorib. peculiaris: itaque, aut vulgari lingua aliqua vtendum fuisse, aut profus sacra mysteria scriptis non mandanda. Sed tandem euenis linguis Hebreæ, Græcæ, & Latinæ, ut paulatim antiquarentur, earumq; usus atque cognitio apud doctos remaneret: itaque, consultissime fuisse institutum, ut his linguis scripti libri sacri libere à doctioribus legantur, si qui autem in vulgares transferantur, iij paucis permittantur.

VII. Atqui primum hæc responsio alteram tantum argumenti partem attingit, nimirum de libris Veteris Testamenti. Nam in Novo Testamento, cur non potuisse Spiritus sanctus ut lingua sancta? Nā illa eo ipso facta esset peculiaris, doctis nimirum ijs qui reb. Theologicis studerent. Secundo, si hoc certum est, quod omnes fatebuntur, nullam vñquam fuisse linguam doctis propriam per se, sed tantum per accidens: videlicet cum à vulgo non intellecta, à doctiorib. id est, politiorib. magno labore discitur, sit autē hoc ipsum varijs occasionibus, vel ob aliquicu gentis autoritatem, vt lingua Latina propter Imperium longe lateq; patuit: vel ob varias vtileq; scientias, ea lingua explicatas; vnde factum, vt lingua scholæ, tum Græcam, tum Latinam hodie celebrent: vel ob religionem, vt Hebræi nunc temporis Theologi operam dant: quis neget potuisse Deum quamlibet ex toto orbis lingua eligere, qua Prophæteræ vererentur? Nam eti alicubi fuisse vulgaris, tamen in Iudea fuisse tantum doctis cognita.

VII. Ad hæc, non accidisse, ut libri sacri scriberentur primo idiomate cognito, ob eam necessitatem, quam Andradius comminiscitur, facile patet hoc argumento, quod qui libri scribuntur linguis vulgo incognitis, hi scribuntur tantum doctis. Probatur tum ex ipso vsu omnium disciplinarum, tum ex ipsa Andradij confessione, qui, ex quo linguae Hebreæ, Græca & Latina antiquata sunt, libros sacros à doctrib. tantum legi dicit. At vero libri sacri scripti sunt non in gratiam quorundam doctiorum, sed omnium Iudæorum, ut in praec. Controul probatum est, & facile appetet ex ipso librorum genio. Nam in ijs et si Sacerdotes, principesq; populi sæpe reprehendantur, tamen sæpius Prophetarum sermo est ad plebem.

VIII. Lizetus, linguam Hebræam obseruat fuisse opulentissimam, & pene diuinam, quæ sua proprietate diuina arcana contegere, & sanctissimam legem cum maiestate referre posset. Nimirum innueas reliquias linguas, quia non essent opulentissimæ tantæq; maiestatis, ideo indignas esse, quibus lex commanicetur.

**I X.** Sed de ille de opulentia differit, ut cæcus de coloribus. Nam sciunt docti, vix villam esse linguam non opulentiori Hebraica. Siquidem linguarum opulentia in eo consistit, ut vocibus abundet omnis generis; maxime vero et rægulus, id est, quæ propriæ sint cui libet rei significandæ, non aurem ~~re~~ ambo, & ambiguæ. At hoc Hebreis decerat, apud quos voces sunt paucissimæ et necessæ sit in alias, atque alias significations transferri: quod esti alijs accidentat, tamen farius. Denique, si Græcam Hebreæ quis comparat, tum facie quid sit pronunciandum sciet: Et, si opulentia fuit spectanda, concludet ex omnibus quas nouimus linguis, nullam fuisse potius Propheus eligendam, quam Græcam.

X. Diuinam esse, velim exposuisset quam ob causam dixit: nam ego quidē  
quid sit in aliquo idiomate diuinitatis nomine appellandum, nondum didici.  
Certe òia scio in vsum hominum instituta, non Dei: itaq; existimo humana  
esse potius dicenda, atq; accommodanda eorum usui. Diuinam appellari He-  
raicam, nō infiōr, sed inde factum; quod ex ea petūtur fontes pietatis: qui  
sus si reliquis esset adhibitus, tam diuinæ essent, quam illa.

XI. Quod vero obtegi mysteria, & cum maiestate referri dixit, fruolum  
st. Primo mysteria pietatis non proponuntur, vt obtegantur; sic n. omnino  
cribenda non erant, sed potius vt significantur, id est, declarentur, & retegan-  
tur. Deinde, si illa sola potuit obtegere, cur Græca vñus est Spiritus sanctus in  
Nouo Testamento? An haec mysteria non fuerunt obtegenda? Cur ergo ne  
anc quidem partem Papistæ communicari volunt omnibus linguis? Imo  
ero, cur agnoscunt œs Patres, diuino consilio effectum, ut illa ipsa mysteria  
etera transferrentur in linguam Græcam? An quia mutauit conūlum Deus  
et quæ ludis occultate volebat, Græcis vulganda censuit? Tertio, nulla est  
lingua tam communis, vulgaris ve, cui non possint obduci tenebrae. Sic De Mo-  
ritus mortuus dicebatur, non quod Hebreice scriberet, sed quod Græcum  
aut stylum ita temperabat, vt vix intelligi posset: & scribebat tamen, non  
ad paucos deuolui coepit eius lingue studium, sed tum cum maxime e-  
st vulgaris.

XII. Maiestas non penderà vocabulis, sed à reb. ipsiſis. Nihil n. sanctum est, non habet suam maiestatem, nō aduentitiam, & accidētariam, sed sibi in- tam. Itaque, quamcunq; in lingua transferantur, ab ea desitū non pos-unt. Sic Longinus εἰς τὸν θεόν, quācumq; Mosen Hebraice non legiſſer, ramen bſeruauit in Grēco idiomate, eius ityli maiestatem: yſusq; est tanquam illu- ri granditatis exemplo, ὁ πολὺ μέγας θεός (inquit) εἰς τὸν θεόν, πει- τω τῷ θεῷ δεῖπνον, τῷ θεῷ ικάρον, καὶ φίλον, εὐθύς εἰς τὸν θεόν. λη- ψα τῶν νόμων, εἰ πνὸν Θεός, φυσι, π., γαβδὼν φός, εἰ ἐπιτελεῖ, γαβδὼν γη, εἰ ερ- to, Iudeorum legislator, non quinis homo, cum Numinis vim pro dignitate co- nescendam tradidisset, & illustrasset, statim in legum exordio, Dixit Deus, in- uit, quide Fiat lux, & facta est: siut terra, & facta est.

XIII. Sed longe majori conatu L<sup>e</sup>zetus contendit, linguis Hebræam, ræcam, & Latinam, non fuisse vulgares: adeo verum est prouerbium, *ανδια πάρος φίγει.* Argumenta hæc habet. In Hebræa quidem: qui Nehe- ia 8. ita habetur, *Et legerunt in libro Legis distincte ἐπὶ aperte ad intelligen- um, ἐπὶ intellexerunt cum legeretur.* Ergo, dum legeretur minime ab omnibus ercepta fuisset, nisi aperte & distincte ad intelligendum lecta. Irenæus lib. 3. 8. Mammona autem est secundum Iudaicam loquaciam, qua ἐπὶ Sanari & viu- r., cupidus, & plus quam habere oportet, volens. Secundum autem Hebraicū ad- ntuū dicitur Mamuel, & significat gulosum, hoc est, qui non possit se a gula con- nere. Quib. verbis duplice apud Iudeos loquaciam Irenæus fuit illerit, daicam, & Hebraicam.

XIV. Græcum sermonem, tum cum Euangelia & reliquum Nouum Testamentum conserberetur, fuisse duplicum, alterum vulgarem, omnibus communem, alterum peculiarem, atq; artificiosum inde oculo vulgo ne uitiam communem, atq; hoc diuinos libros conscriptos, probat, quia teste Augustino, Apostoli etiam eloquentie regulas obseruarunt.

X V. Latinum rursus Grammatica arte compositum neutquam indocto  
ulgo notum fuisse, inde conficit, quia circa initianis Christianissimi tempora  
grammaticum artificium fuisse sit certum ex lege Duo societatem, in Digestis  
5.7.tit. Pro socio, yndel.lib.27.tit.2.lege; Qui filium, Paulus Iurifconsultus, à  
torib. impensis eruditioinis pupillarum in Grammatica arte repetendas cé-  
dit. Sed & quia Linius de bello Punico li.4.natrat apud Marrucinos infastem  
vtero matris acclamasce, Io triumphe, quæ verba Italo sermoni qui nunc  
t. perquam similia sunt.

XVI. At hæc inepta sunt. Primo, ut maxime, quod contendit, obtineret: tandem non soluit argumētū, cuius in eo rōta vis est, q̄ cōstat eas linguis, quibimō conscriptæ sunt Scripturæ Sanctæ, vulgo fuisse cognitas, & quidē non im, sed tum temporis cum sunt conscriptæ. Ille aut̄ tantu negat fuisse vulgās, hoc est, à singulis, et rusticis usurpatas. At hoc quid ad nos? Nam nec nos singulis idiomatib. singulas versiones imperamus in Gallia, ut hanc, exempli atia, nominē: vt Franciā habeamus, & Britanicā, & Limouicensem, & Delinatē, & Occitanā, & Vasconicā, & alias, sed una communi utimur per totū regnum, nō vulgari quidē illa, quis nescit hæc idiomata longe inter se st̄are, sed tamen cognita. Nam & Occitani, & Prouinciales, & Delphinates, Vascones, facile omnes Francicum idioma intelligunt, et si eo in colloquijs utrantur. Dum ergo singuli intelligent ea, quæ singulis proponuntur, salua s̄ est. Atq; id t̄ Latinæ lingue contigillet, non essemus in hoc articulo Papīs importuni.

XVII. Secundo, tota ipsa disputatio est falsa: teste Andratio Iesuita; qui e-  
ipas linguas, quib. scriptum est Verbum Dei, non tantum non incognitas,  
non tantum communes, sed etiam populares fuisse agnoscit, libr. 4. Defen-  
sis Tridentine, *Cum in priu. sp. generis humani* (inquit) *vnica Hebraea exst-  
it omnibus mortalibus communis*, atque natura ipsi à Deo indita, postea ve-  
quam mortalium scolare tanta hac linguarum *issimilitudo per omnes nationes*  
*usus*, nulla potuerit reperiiri, que alicui genti *omnipotestia atque vernacula*,  
*fuerit*, aut certe *sacra mysteria literis commendari nullo modo poterant*,  
et *popularibus linguis erant consignanda*. Hæc ille, totam Lizeni disputa-  
nem vno verbo conuellens, imo vero conficiens; cum agnoscat, non

## DE CANONIS VS.

192

tantum eas linguis aliquando fuisse vulgares, sed etiam tum temporis, cum ijs commendata sunt oracula diuina.

XVIII. Sed agam ordine desingulis. Hebraicam cōstat, primo fuisse cognitam plebi: quia cum p̄cepit Sacerdotib. Moses, vt legerent populo leges his verbis vtrit, Deuter. 31. *Leges verba legis huius, coram omni Israhel, audiētibus eis, & in unum omni populo congregato, tam viris quam mulierib. parvulis, & ad uenit, qui sunt in terra portas inas, ut audiētē discant, & timeant Dominū Deum vestrum.* At non poterant, quicquam audiēdo discere, nisi quæ audirent, intelligerent, id est, nisi eis cognita esset lingua.

XIX. Secundo, fuisse non tantum cognitam, sed etiam vulgarem, probatur tum ex ipso nomine. Nam quemadmodum lingua Latina ea est, quæ Latinis vulgaris est, vt Græca Græcis, Gallica Gallis, Hispanica Hispanis, & generaliter omnes linguis denominantur ab ijs populis, apud quos in yu sunt vulgari. Ita omnino cōfārancum est, vt apud Hebræos, Hebraica fuerit vulgaris. Deinde ex dialectis. Nam Iudicum 12. Galadita Ephraimitas sic dīgnoscēbant. Dic ergo Schibbolet? At illi respondebant, Sibboleth. Tertio, ex nominis proprium etymologia & analogia. Vix n. vllum est, aut hominum, aut locorum, aut fluminis nomen, quod non sit pure Hebraicum, præter pauca vel Ægyptiaca, vel Babylonica, rerum non Iudaicarum. Et quidem pueris imposita appellationes, non à viris doctis, sed à mulierculis: nec id etiā tantum ex imitatione, vt hodie in omnibus linguis Christiani, Ioannem, & Iacobum, & Iosephum peregrina vocabula usurpant, sed ex re p̄fēti plerunque: quo magis constat, ipsas mulierculas ita sciuissimæ Hebraice, vt quæ occurabant, singula exprimere possent: atque etiam inde nomina variare; quod in linguis peregrinis vix audent docti. Sic Eua Genes. 4. non tantum sciuī Hebraice eloqui, *acquisiū hominem à Ichoua*, sed etiam ab acquisitione formauit nomen Cain. Et postea Seth, à reponendo: siue substituendo, quia substatuebat ei Deus hunc pro occiso Abel. Infinita sunt huiusmodi exempla. Et postlegem latam Samuel lib. 1. c. 1. Anna pariens filium nominat Samuel, eo quod à Domino postulasset cum.

X X. Est autem in contrarium ridicula sophisticatio, ex eo quod apud Nehemiam libri sancti legebantur distincte, & aperte ad intelligendum. Quasi vero nihil in legendō officiat, præter incognitum idioma. At qui ipsi etiam eruditii, nedum plebs vniuersa, vix capiunt, si quid perurbare legitur, & non distincte, aut concitatione linguis celeritate. Sed nihil est necesse coniecturas sectari. Constat enim textum loqui de explanatione locorum paulo difficultas. Lyranus. *Legit aperte, id est, intelligibiliter declarando ea quæ videbantur obscura.*

X XI. Irenai autem nullius momenti authoritas est hac saltem in re. Quid enim ille aut scire potuit, aut solidum pronunciare qui adeo se prodiit esse imperitum lingua Sancta eo ipso loco? Nam Mammon vox est nō fuit vulgaris Syriaca: vt annotauit ad hunc locum Feuardentius ex Hieronymo, Tertulliano, & Origene: nē significat cupidum, sed ipsas diuitias, siue vtilitatem. Mamuel vero quid est? aut cur adiunctive dicitur? Explicet Oedipus.

X XII. De Græco, & Latino sermone pudet aliquid dicere. Vnde enim orationes ad populum, si non erant cogniti? Vnde tot Epistolæ: vnde Poetarum versus in scenis recitati? vulgo etiam decantati? Et si nō fuit vulgaris Græca vnde idiomata? Nam Attice scriptis Thucydides: Ionice Herodotus, Dorice Plato Timæum, alij aliter: quas dialectos videmus non tota essentia, sed duntaxat flexionum analogia differre. Rursus, vnde tot virorum, mulierum, vrbium, fluminum, arborum, lapidum, nomina? Nonne à vulgo? Imo vero, vnde tot in Grammatica anomaliae? Nisi forte doctos, ita ludere quis velle putauerit, vt cum alibi omnia artificiosè faciant, in solis linguis sibi ipsis dissimilifuerint?

X XIII. Rursus, vnde earum linguarum mutatio? Nam si Ennium, Virgilio conferamus, aut Plautum Terentio, aut vrosque etiam posterioribus ad Apollinarem vsque: facile apparebit, non paucorum esse doctorum vsum illum, quem penes arbitrium & vis, & norma loquendi. Nam, cur potius intra annos tam paucos docti linguam immutassent, quam hodie tam multis intercedentibus seculis tam sollicitè reuocant? Nimurum, quia illi in medio versantes populi Latini, accommodabant se ad vsum præsentem: quomodo hodie nemo veterum scriptorum Gallicorum stylum imitatur. Non quod illi non eleganter, saltem non pure, sed quia hodie aliter loqui vñs est.

X XIV. Faretur tamen alium esse vulgarem, alium artificiosum sermonem, & vt Quintilianus loquebatur, alium Latinum, alium Græmaticum. At hæc distinctione, non linguis diuidit, sed tantum styli in eadem lingua diuerfitatem notat, quæ omnib. linguis accedit. Aliter enim videoas etiam hodie in Gallia, Italia, atq; alibi, rusticos inter se colloquentes, aliter honestos viros. Aliter in qua, non toto genere: quasi vulgus, exempli gratia, Hispanice loqueretur, honestiores vero Germanice, sed tantum secundum maiorem, minore reme elegantiam: quod discrimen esto, si placet, inter Rufinum, & Hieronymum: vel maiorem minoremve eloquentiam: vt inter Hortensium & Ciceronem.

X XV. Non obstabat autem hæc diuersitas, quominus lingua ipsa communis & esset, & haberetur. Nam Quintilianus, cum Oratoriis institutionem inchoaret ab ipsis cunis, ac proinde à Grammatica: vult initium fieri à Græco sermone, *Quia (inquit libri primi Institutionum capite primo) Latinus, qui pluribus in usu est vel nobis nolentibus se perhibet. Etī Grammaticum artificium recentius est, ac tum priuum introductum, cum vel barbare nationes cogarentur Latinam linguam addiscere, vel ipsa lingua ceperit corrumpi.* Indeque sunt illa omnia, quæ ex Codice Lizetus citabat.

### C A P . III.

*An docenda sint lingua vulgari ea, que continentur in Scriptura.*

I. **Q**uæcunque prædicanda sunt linguis omnibus, vulgoque cognitis, ea nihil prohibet, totidem linguis scribi. At quæcunque

continentur in Scriptura Sancta, ea prædicanda sunt omnibus linguis etiam vulgo cognitis. Ergo quæcunque continentur in Scriptura, nihil prohibet scribi omnibus linguis vulgo cognitis. Maior pater, quia neque verba, neque literæ propter leviurantur, sed tantum propter res quæ ijs significantur. Quare si res oporteat omnes sciri, certe carum signa non esse incognita oportet.

II. Minor probatur, tum præceptis, tum præxi. Præcepta hæc sunt, Matthei decimo. *Quod dico vobis in tenebris, dicit in luce: & quod in aurem auditis, prædictate supra domos: quib. verbis significatur libera & publica predicatione, vt omnes exaudire possint. Auctor imperfecti, quod Chrysostomo tribuitur. Quod auditis in secreto soli, prædictate coram omnibus, nulli ab condente verbis, quæsi qui stet supra tecta, & clamet. Hieronymus. Quod auditis in mysterio apertus prædictate: quod discitis abscondite, publice loquimini: quod verbum in parvo Iudea loco, in vniuersis urbibus, & in toto mundo audacter dicite.*

III. Matth. 24. *Prædicabitur istud Euangeliū regni in vniuersa terra: vt sit testimonio omnibus gentibus.* Marci 16. *Profecti in mundum vniuersum, prædictate Euangeliū omnī creature.* Est autem prædicare, nihil aliud quam publice enunciare id quod omnium interest, vñscient, ac proinde intelligent. Sed optimus interpres est Matth. c. 28. *Profecti docete omnes gentes, docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis.* Græc duo verba sunt *μακάριον*, & *δέοντες*. Quid est *μακάριον*? Nimirum sic instruere, vt i. *μακάριον* solent instrui. Nunquam autem quisquam discipulum docuit, qui vñs fit linguina cognita. Imo eam vnam ob causam tantum temporis inmutatur in dōcenda Grammatica; non tanquam per seipsum aliquid eximium; sed quia necessaria sit discendis scientijs. Ergo, cum præcepit Christus Apostolis, vt omnes gentes docerent Euangeliū; illud etiam voluit, vt lingua vñterentur singulis gentibus commoda.

IV. Respondeat exitus. Nam priusquam quicquam Apostoli prædicarent, distributum est eis donum linguarum: quo accepto, continue ad opus accinguntur: & cum conuenissent Hierosolyma viri ex omni natione eorum qui lib. cœlo sunt; audiuit eos vñsquisque propria lingua loquentes *μακάριον*; Aet. 2. Atque inde captata occasione Petrus omnia salutis mysteria diserte explicat; vt & sequenti capite, citatis non paucis testimonij ex Veteri Testamento. Quibus auditis compuncti sunt adstantes: nimirum, quia liquido percepant loquentis verba, verborumque mentem etant assentiuti. Sic postea Stephanus, c. 7. Paulus 22. 23. 24. & 26. Deniq; nulla pars est Scripturæ, siue Veteris, siue Nouæ, quam non Christiano populo pro cōcioне Veteres Episcopi proposuerint, & explicarint. Constant igitur omnes argumenti partes.

V. Bellarminus maiorem impugnat: Si bona est consequentia à prædicatio nead Scripturam, cur Apostoli solum scriberunt Græce, cum prædicauerint tum multis linguis? Igitur verbum Dei recte prædicatur lingua vulgari, quia prædicatio explicationem continet, quam omnes facile capiunt: at cum scribitur, nudum scribitur, nec ab omnibus capitur. Itaq;, quemadmodum non licet sic argumētari, matres dant infantib. panem dilectum in particulas, vel etiam præmansum, possent igitur dare etiam integrum & solidum, nam estidem panis: ita non licet argumentari, ministratur populis Verbum Dei explicatum à Concionatore, igitur ministrari etiam debet sine explicatione, & lingua vulgari scriptum.

VI. Respondeo: Primo, tam Bellarminus, quam Baronium contendere, Apostolos non scripsisse tantum Græce, sed Matthæum Hebrei, vel Syriace, Marcum Latine. Et quanquam de Marco non videatur verum, tamen de Matthæo verisimile est, ex testimonio veterum. Contradicit ergo si bi Bellarminus, cum assertit, nulla alia quam Græca lingua Euangeliū fuisse scriptum.

VII. Secundo: cum sic texitur argumentum: Si Apostoli non scripserunt multis linguis: Ergo non valet conclusio à prædicatione ad Euangeliū: negatur consequentia. Non enim propterea diuerla ratio est rerum scriptarum, & via voce prædicatarum. Quid tum autem, si non scripserunt varijs linguis, dum scriberint lingua cognita? Nam quemadmodum in prædicando ea vñebantur, quæ cognita ijs esset, quibus pro tempore & loco prædicabant: sic scribendo eam adhibuerunt, quam ij optime nosse, ad quos scribebant. Quare idem in scribendo obseruarunt, quod in prædicando, vt nos faciendum contendimus. Promovisset aliquid Bellarminus, si potuisset ostendere, aliquem ex Apostolis, qui, cum via voce docens, vñteretur idiomate cognito, scribens vñs esset eo sermone, quem illi non nosset, in quorum vñs scribebat. Sed id nunquam ostenderet.

VIII. Tertio, non semper prædicatio viuæ vocis continet explicatiōnem. Nam & initio non posunt dici ea explicata, quæ tum primum proponebantur: & in ijs concionibus, quas descripsit Lucas, nuda proponunt dogmata fidei: eaque ipsa de quibus hodie tanta contentio est, & cum tunc deinceps sèpissime nude recitantur multa ex vñroque Testamento: & quidem multo concisius, quam scripta sunt, vt patet ex Concione Stephani non explicantis, sed percurrentis Testamenti Veteris historiam. Nam si singula explicarentur, nihil aliud essent Conciones, quam perpetuae digressiones, cum necesse sit plerumque locos alios super alios congerere.

IX. Quarto, falsum est in Scriptura nude scribi omnia. Nam sèpissime, id est, quoties opus erat, audiōres sacri exposuerunt ea ipsa quæ docuerunt. Sic Paulus in Epistola ad Romanos, non nude proposuit, Hominem si de iustificari, sed sèpissime tractauit multis capitibus, seriatim & solida disputatione tum *αὐτοκενταρική*, tum *κατακενταρική* confirmavit iustificationē gratuitam adiecius merita operū: Et postea doctrinam de Prædestinatione. In priore ad Corinthios, Eucharistie institutionem, vñs matrimonij & linguarum, resurrectionem carnis. Epistola ad Galatas, abrogationem Ceremoniarum Iudaicarum: ad Hebræos Sacerdotium Christi, & sic de reliquis.

X. Quinto, non est verum, nulla nude concepta proponenda esse Ecclesiæ. Nam Symbolum fidei multo nudius est conceptum, quam vñla pars Scripturæ sacræ: & tamen non tantum proœctionibus Christianis proponitur, sed etiam Catechumenis prescribitur. Et ipsa Scriptura, quam adeo nude scriptam Bellarminus putat, ex vñs Veteris Ecclesiæ propon-

ponebatur roti populo à lectoribus, eam ipsam ob causam institutis, ut postea videbimus.

XI. Sexto; non omnes fideles in plebe sunt infantes, ut nunquam ciborum tantum nisi prematio. Imo vero ideo vocati sunt in Ecclesiam, ut adolescentes id est, iuxta Apostolum quartu ad Ephesios, ut euadamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, ad mensuram statuta adulic Christi: ut ne simus amplius pueri, qui fluctuamus & circumferamur quoniam venti doctrinae: unde idem Hebreos increpat, quod prima elementa non essent pretergressi. Quare si prouectiores debent ali cibo solido, & Scriptura est cibus solidus, ergo ipsi plebi prouectiori tradenda est Scriptura, quam legat. Et quia non omnes in Ecclesia prouectiores tenentur linguis studere: necesse est Scripturam verti in quaslibet linguas plebi cognitas: alias decinebunt Pastores plebem suam semper in infanta, ut non velcatur nisi cibo prematio, quod est absurdissimum.

C A P . V

*An Scriptura publice legenda ad instructionem  
plebis.*

I. **S**i publice legenda est Scriptura in singulis Ecclesijs ad instructionem  
stotius plebis adstantis : ergo eadem verti debet in linguas singulis  
populis cognitis. At verum prius, ergo & posterius. Consequentia patet,  
quia nemo instrui potest lingua sibi prorsus incognita. Vnde Paulus prius  
ad Corinthios 14. Si veniam ad vos linguis loquens, quid vos iunabot? Si incer-  
tum sonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? Ita & vos nisi per linguam  
vnonciorum bene significarem sermonem dederitis, quomodo intelligetur quod di-  
citur? eritis enim in aere loquentes. Nisi sciere vim vocis, ero ei qui loquitur  
barbarus, & quis loquitur apud me barbarus. Chrysostomus, in cum locum,  
οὗ λέγει τετραπτ. αὐτοὺς τὸν εἰπεῖν θεωρῶ προνέκτην δεδεμένην διαθέσιν  
τῆναυστηρίαν, ἀλλὰ τοῦτο γε μόνον, ὅτι γνωτῶ τὴν ἵχον καθεστεμένην, οὐδὲν πρόδακτον  
τὸν αὐτὸν. Νisi aliquid dixerim, quod à vobis facile capi possit, perspicuumque  
esset: sed ostendam vero duntaxat me habere donum linguarum, nulla percepta virili-  
tate discendetis.

II. Antecedens autem probaturum ex Scripturis ipsis, tum ex testimonijs antiquorum. Deuteronomij 31. *Præcepit eis, dicens: Post septem annos anno remissione in solemnitate Tabernaculorum, conuenientib. cunctis ex Israel in conspectu Domini. Des tui in loco quem elegeris Dominus, leges verba legis huius coram omni Israël audientibus es: & in unum omni populo congregato tā viris quam mulieribus, parvulis, & aduenis, qui sunt intra portas tuas: ut audiatis discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantq. omnes sermones legis huius.* Disertus locus: nam & præceptum continet, ut ne quis putet, item esse medium & ad aphoram, aut institutam bono hominum contilio ad iurū: aut quid eiusmod. Deinde lectio sancitur: & quidem, non in schola, non apud Scribas & Pharisæos, a iis doctores, sed apud populum: cumque constantem ex viris, mulieribus, & parvulis, ut ne quis exceptiones querat à sexu, vel ætate. Sed & conuentus significatur magnus: propterea enim annus septimus nominatur: quia tunc (inquit Lyranus) filii Israël liberi à debitis poterant melius ire ad templum in Hierusalem, & diligentius audire legem. Tertio additur finis lectionis: nimirum, ut qui audiunt omnes discant & custodiant legem: quasi diceret non posse custodiri ab ijs, à quibus ignoratur: itaque omnes Israélitas docendos esse: & ut doceantur, legendam ijs illam esse.

III. Respondet huic præcepto praxis. Libro secundo Regum, cum Helcias sacerdos librum legis inuentum Regi Iosif indicasset, cap. 23. ascendit Rex in templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersique qui habitabant in Hierusalem cum eo Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus a parvo usque ad magnum, legit quæ cunctis audientibus omnia verba libri fæderis, qui inuentus est in domo Domini. Hoc idem factum legimus ab Esdra & Nehemia post redditum populi e captiuitate, Nhem. 8. Congregatus est omnis populus quasi vir unus ad plateam que est ante portam aquarum: & dixerunt Esdra scribe, ut asserret librum legis Moysi, quam præcepérat Dominus Israëli: Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multititudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi: & legit in eo aperte in platea quæ erat a teportam aquarum de manu usque ad medium diem, in conspectu virorum & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erætæ ad librum. Cur his locis putamus tam diserto notatos magnos, & paruos, viros, & mulieres, & quidem sapientes, nisi ut ne quemquam excipiamus, sed omnibus potius communicandum dicamus ipsum Scripturarum textum?

I V. Hieremias 36. Et praecepit Hieremias Baruc dicens, Ego clausus sum, ne valeo ingred: domum Domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunij: in super & audiente uniuerso Iuda qui venient de ciuitatibus suis, lege eis. Similiter in libro Baruc, et si apocrypho, c. 1. Legit Baruc verba libri huius, ad aure Iechonie filij Iacim regis Iuda, & ad aures uniuersi populi venientis ad librum & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aure populi a minimo usque ad maximum. Act. 13. & 15. dicitur Moles legi apud Iudeos singulis sabbathis.

V. In Nouo Testamento, Acto. 15. de Epistola scripta à Synodo Apóstolorum, & tradita Paulo, Barnabæ, Iudæ, & Silæ. Illi ergo dimissi descendenter Antiochiam, & congregata multititudine tradiderunt Epistolam, quam cum legissent gauis super cōfessione Ad Colos. 4. Et sunt cum lecta fuerit apud vos epistola hac facite, ut in Laodicensium Ecclesia legatur: & ea quæ è Laodicea est, vobis legatur. Prioris ad Theſſal. 5. Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hac omnibus sanctis fratribus.

VII. Ab eodem tempore illustris est Ecclesiæ Christianæ usus. Origenes Homilia 15. in Iosue. *Nisi bella ista carnalia figuram bellorum spirituum gerent, nunquam, opinor, Iudacarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in Ecclesiis fuisse ab Apostolis traditi.* Leo Romanus de passione Domini, sermone 19. *Sacram, dilectissimi, Dominica passionis historiam, Euangelica, ut moris est, narratione decursam, ita omnium*

Tom. I.

restrum arbitror in hisse pectoribus , ut unicuique audientium ipsi lectio quae  
dam facta sit visio . Augustinus contra Cresconium libro i. capite 9. Mogen-  
to. Apostolicas Epistolas , non eis tantum scriptas , qui tempore illo quo scribereban-  
tur , audiebant , sed enim nobis : non etiam ob aliud in Ecclesia recitantur . Cæsarius  
Arelatensis homilia 20. Nemo dicat : Non possum aliquid de hoc quod in E- cle-  
sia legitur , retinere . Sine dubio enim si velis poteris . Incipe velle . Et statim intelli-  
ges , Iustinus Apologia 2. Τη τε Ηλικ λεγενδή γη πέρα των μητροπόλεων ἡ ο-  
ρες μεσότιτην αὐτοῦ σωματιστήσινται , καὶ τὰ δύο μηνονέματα τῶν Απο-  
στων , ἡ τα συνρρεματα των Προφητῶν αὐτοῖς σχετικά μέχεις εἰ χρεῖ . Die Sol-  
lis (quam vocant) omnium conuentus fit in unum locum , cum in oppidis , tum in  
agris degentium , legunturque Apostolorum monumenta & Prophetarum scripta ,  
quantum licet .

VII. Sed quid multos locos colligo? Non enim est necesse, cum certum sit in Ecclesia institutos suis Lectores, nullam aliam ob causam, quam ut plebi publice legerent contextum librorum sacrorum, & ita quidem ut plebs intelligeret, id quod legebatur. Clemens Constitutionum libro 2. & capite 57. Mīōw ὁ αὐτοῦ οὗτος ἡ Φίλη λαὸς τοῦ Ιησοῦ: αὐτῷ παρασχέται τὰ Μωϋσέα καὶ Ἰησοῦ τὸ Ναὸν. Letter in medio fians in loco edito legat libros Mosis, & Iesu Nauem, reliquosque omnes Veteris Nouique Testamenti libros nominatim enumeratos: nisi quod Euangeliorum legendorum munus diaconis vel Prelbyteris commendatur: Et tum: ὅταν αὐτογενεστρέψεται, ἢ τὸ Εὐαγγέλιον παύεται οἱ Πρεσβύτεροι περι τοιαὶ οἱ Διάκονοι νομίζουσι τὰς ὀλόρους τηρήσεις τῶν ποιῶν ιουταζεῖσθαι. Quum legitur Euangelium, omnes tum Presbyteri, tum Diaconi, sed & omnis populus sentit magno cum silentio. Atque id, si Rapsodo credimus, disertum Apostolorum mandatum. Quanquam Cypriani tempore tamen Euangelia legabantur à Lectori, ut patet ex Epistol. 32. vbi ad eum gradum promouetum Aurelius in confessione victor. Nihil (inquit) magis congruit voci, quam Dominum gloriose predicatione confessa est, quam celebrandis diuinis lectionibus personae: post verba sublimia, qua Christi martyrum proloqua sunt, Euangelium Christi legere, unde martyres fuisse: ad pulpitum post catastam venire: illic fuisse conspicuum gentilium multititudini: hic a fratribus conspicere: illuc auditum esse cum miracula circumstantis populi, hic cum gaudio fraternalitatis audiri. Idem post, Epistola 34. Lectoris officium ita describit, ut super pulpitum, id est, tribunal Ecclesia impositus & loci altioris celsitate subinxus plebique vniuersitate conspicuus, legat præcepta & Euangelium Domini.

VIII. Lectori tradebatur inter ordinandum codex , de quo lectorus erat , additis his verbis : *Accipe , & esto Lector Verbi Dei* : ut constat ex Canone octauo Concilij Carthaginensis quarti ; & Isidori libro secundo , de Ecclesiasticis officijs , capite undecimo . Porro , qui ad huiusmodi praeuehitur gradum ( inquit caput tertium Aquifgranensis Concilij sub . Ludoico Pio ) iste erit doctrina & literis imbutus , sensumque ac verborum scientia perornatus , ita ut distinctionibus sententiarum intelligat , ubi finiatur iunctura , ubi adhuc pendeat oratio , ubi sententia extrema diuidatur . Sicque expeditus vim pronunciationis tenebit , ut ad intellectum omnium mentes sensumque promoveat . Et paulo post . *A trib. n. & cordi consilere debet lector , non oculis , ne potius ex seipso spectatore : magis quam auditores faciat .* Atque adeo in Ecclesia Romana non nihil residui factum est eius moris in lectorib. ordinandis . Exstat n. in Pontificali huiusmodi ad eos exhortatio . *Studete verba Dei , videlicet lectiones sacras distincte & aperte ad intelligentiam & adicationem fideliis abs que omni mendacio falsitatis proferre .* Quę sine dubio remanserunt in condemnationem inducti abusus , quo verum illud Lectorum officium sublatum est ; nam incognitum idiomata tollit omnem fidelium intelligentiam , ideoque etiam adificationem .

IX. Hinc est tam seria huius lectionis commendatio. Rabanus de  
Institutione clericorum libro secundo, ult omnes lectionem audire, etiam  
dilatis precibus. *Est autem* ( inquit ) *Lection non parua auditentium & discipulorum*  
*unde oportet, ut quando psallitur psallatur ab omnibus: cum oratur, oreatur ab o-*  
*mibus: cum lectio legitur, facto silentio & que audiatur a cunctis.* Nam et si tunc  
superueniat quisque cum lectio celebratur, adoret tantum Deum. Et praesignata  
fronte, aurem sollicite accommodet. *Patet tempus orandi, cum omnes oramus: fa-*  
*tet, cum voluerit orare priuatim, obtinuerationis ne perdidieris lectionem, quia*  
*non semper eam quilibet paratam posset habere;* cum orandi potestas in promptu  
sit. Nec putes parvam nasci utilitatem ex lectionis auditu: siquidem oratio ipsa  
sit pinguior, dum mens recenti lectione sagina a, per diuinarum rerum, quas nu-  
per audiuit, imagines currit. Egregius locus. Vult enim Rabanus omnes qui  
ad Ecclesiam veniunt, attentas autres præbere ad lectionem, etiam dilatis  
precibus: quod contra sit hodie in Papatu: vix enim quisquam se putat  
Eccleiam ingredi nisi orationis causa: lectionis vero nulla cura. Nimi-  
rum, quia nullus eam capit: conceptam barbaro idiomate, quod ipse lector  
sæpius demurmurat, quam pronunciat, cum ne ipse quidem sciat quid  
dicat. Vnde querimonia est Enchiridij Colonensis in tractatu de ordin-  
ibus. *Tum, id est olim, recitatione verbi Dei per lectores saginabatur: nunc le-*  
*ctores quod recitanti vix ipsi intelligunt.* Deinde vult Rabanus ex lectione re-  
centi id effici, ut per diuinarum rerum imagines mens auditoris ad preces  
conuersi currat. At hoc quis fieri posse credat absq; intellectu? Nam idioma  
barbarum incognitumq; nullam imaginem eorum quæ dicta sunt, menti im-  
primit.

X. Hinc grauissima eorum increpationes, qui non attendebant, cum à lectore Scripturæ legebantur: cum alibi, tum vehemenissime apud Chrysostomum homil.3.in posteriorem ad Thessalonici. εἰσῆλθεν ἀλλού τις εὐταῦρος, οὐκ ἀλλεπέστε γάρ, εἰ προτίχει πάντες ἀκόστε τῶν λογών, εἰ Θεος, καὶ μάτων ἴδεις των. Ingriditn huic diuinis seu viri, seu mulier, nec curat quomodo audiatur Dei eloquia, sed quomodo ostentabit. Nofici. τοις πάντας μάτων, οὐταις σιωπήσεις πάντας, οὐ μίζεις σι πάρημα. Εἰ καὶ εἴ τις αὐτὸς εἰπεῖται, εἰ τοις πάντας τὸ Θεόν εἰσιχευτε, οὐτοὶ αὐτοῖς Διὸς λαγεται. Εἴ ταν γὰρ αὐταῖς οὐτις γιγνεται λαγεται. Πέδη λαγεται Καραθεον, οὐ Διόνος. Εἰ δὲ αὐτὸς εἰπεῖται πάντας ποιῶν τὴν Φροντίδα, αὐτὸς τοῦτο εἰπεῖται ποιῶν οὐτοὶ Διόλαγειδοφοροί. Εἰ δέ δουσιν οὐ θεοὺς λαγεταί λέγοντες Διόνος της φροντίδας πάντας αὐτοῖς τοις ποιῶν εἰπεῖται. Existimā-  
se ad nos ingredi, quando hoc ingrediuntur, atque a nobis audire qua audiuntur. Non attendant, non cogitant se ad Deum venire, Deumque ad ipsos loqui. Etenim cum surgens lector dicit, Hec dicit Dominus: actum Diaconus itans omnibus silentium imperat, non lectoris honor defertur, sed ei qui per lectorem omnes alloquitur. Si scirent hac à Deo dici per Prophetam, omnem viisque fa-

DE CANONIS VERSIONIBVS.

*etum adiicerent. Hæc & alia non pauca in eandem sententiam Chrysostomus,  
ut omnino attentos auditores efficeret ad verbi diuini lectionem publi-  
cam.*

XII. Ex his omnibus perspicuum est, quænam fuerit olim Christianorum in hoc controversiarum articulo persuasio. Videlicet recitandam esse Scripturam. Et quidem primo, non ut solent Episcopi pro Concione suis verbis, suoque stylo, quod ex libris factis didicerunt referre, sed ut ipsa authenticæ textræ verba & reciteantur. Secundo, ut non sit Theatrica quædam oculorum oblectatio, ut in Papatu, vbi nihil idiotæ referunt domini, præter hoc unum, quod hominem videant, suo quodam more vestitum, pronunciantem, aut potius non pronunciantem, sed modulata voce cantiranem, sub Euangelij, Epistolæ nomine, particulas quasdam è libris sacris, quibus quid continetur, omnes fere multo minus sciunt, quam si à comicis Italis fabulas agi videant. Sed sit diserta, articulata, distincta, perspicua recitatio corum verborum, quorum certum sensum plebs percipiat, cum instructione, & sancto gaudio. Nam etiam Rupertus de diuinis officijs libri 3, cap. 8. rationem reddens cur Sabbathio ieiunij aduentus duodecimi lectiones dicantur, quæ sex sunt, *Quia*, inquit, *cum Romana Ecclesia de Latinis & Grecis esset permixta, singula lectiones in utraque lingua recitabantur: nam in una lingua recitate, ab utriusque lingua populis intelligi non poterunt.*

XIV. Quæ quidem pendent ex illo Apostoli axiome, *Omnia ad adiunctionem fiant*: 14. prioris ad Corinthios. Nam quod Bellarminus hoc iera cludit, ut dicam Scripturas sacras magnam adferre fidelibus consolationem, sed doctis quidem tum leguntur, indoctis autem dum à Concionatoribus explicantur, futile est. Quos enim ille doctos appellat? An eos, qui multo tempore multum laborem scholis impenderunt, ut varias linguis discerent, aut humaniores scientias? An vero potius doctos in ipsis Scripturis sive in Christianæ pietatis mysterijs, quos ~~αρχετύπων~~ Veteres appellabant? Atqui utroque modo nihil promovet. Nam ex his testimonij, patet non doctos olim secretos ab indoctis, sed totam plebem admissam fuisse ad Scripturarum lectorem audiendam. Nulla autem plebs vñquam ex solis doctis constitit, sed etiam ex imperitis: quibus neque Hébraica, neque Latina lingua cognita erat, apud Græcos quidem, ut ex Chrysostomo audiuimus: quorum etiam plerique, cum negarent se capere, que scripta eraant, nam & hoc obijicebat sibi Chrysostomus; hoc ipso ostendebant se non esse in pietate peritos, sive ~~αρχετύπων~~. Esto igitur verum, imperitos consolationem accipere è Scripturis explicatis, sed ne mihi vicissim Bellarminus neget eisdem ipsum contextum nudum legendum esse, quando ita vider olim factitatum. Hieronymus in Psalmitum 66. *Scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intelligant.*

## C A P. V.

*Scriptura olim translata.*

I. **S**i non licet Scripturam transferri in quaslibet linguis, ergo id apud Christianos nunquam factum est, nunquam approbatum. At vero posterius egregie falso est. Ergo neq; prius verum. Consequens propositionis per se patet. Assumptum est *no x e, culpa*.

II. Hieronymus præfatione in quatuor Euangelia ad Damasum: *Quibus nec in 100 Veteri Testamento post Septuaginta Interpretes emendare quid licuit, nec in Nuevo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis Scriptura arte translata doceat falsa esse qua audita sunt.* Augustinus cap. 5. libr.

2. de Doctrina Christia, Ex quo factum est ( inquit , nempe ex lingua trium confusionis ) ut etiam Scriptura diuina , qua tantis morbis humancrum voluntatum subuentur , ab una lingua profecta , qua oportune potuit per totum orbem terrarum disseminari , per varias interpretum linguas longe latera que diffusa innotesceret gentibus ad salutem. In Psalmum 105. Habemus beneficium Dei , qui Scripturas suas in multis linguis esse voluit. Et Epist. 48 Scriptura Canonica , tot linguarum literis , & ordine , & successione celebracionis Ecclesiastice & custoditur. Theodoretus lib. 5. de curandis Graecorum affectionibus , " μετὸς ἡ τὴν δύσπολικῶν καὶ φυτικῶν δυγματων τὸ κρατ θεοντος εἰπεν γε μη πάσα η υφ' οὐτιστικών τι λογον οὐδέποτες . ἐν Εβραιοις φθινεις μόνοις την ἔλατην με τιβαλήην , ἀλλα καὶ εις την ταναριανην ή Αἰγαίου πατων , καὶ Πιερίουν , καὶ Ιδαίαν , καὶ Αργονατων καὶ Σκαρπειανης Σαναγραστην , καὶ συλλαβδον ει πινεις της γηλαττασιας απαντα την ιδονην καχερηνην Δημητραν . Hoc est , Zenobio Acciolo interprete . Nos autem vobis Apostolica & Propheticæ doctrine inexhaustum robur manifeste ostendimus . Vniuersa enim facies terra , quantacunque soli subiicitur , eiusmodi verborum plena iam est . Hebraici vero libri , non modo in Graecum idioma conuersi sunt , sed in Romanam quoque linguam , Ægyptiam , Persicam , Indicam , Armenicamque , & Scythicam , atque adeo Sauromatum : semelque , ut dicam , in linguas omnes quibus ad hanc diem nationes videntur .

III. Iam recentiores Richardus is, qui scripsit confutationem Alcorani Mahaometici, ita habet, εν ταύτῃ γένεσις ἡ παρεξήγαγό διαβούλησε τοῦ αὐτού λόγου σύνθετη μάντυμα. In omni lingua & natione lex & Euangelium similiter innueniuntur scripta. Et paulo post Noui Testamenti διτύπαφαι μεθικρατια πάντων τοις Διγλωσσοῖς descripta exemplaria remanserunt in omnibus. quorumque populorum propriis linguis, sic enim necessis est circumloqui vim propriam την Διγλωσσον. Augustinus Steuchus Epistola ad Maximum Grimatum prefixa recognitioni Veteris Testamenti. Si quis diuinarum literarum quantitas maiestas secum perpenderit, intelliget proculdubio, non iniuria accidisse, ut tot apud omnes gentes fuerint earum interpres, apud quas primum hælitera florere cœperunt.

I V. Hæc vniuersalia sunt testimonia. Iam specialiter de singulis linguis. Vetus Testamentum iam olim ante aduentum Christi translatum fuit in linguam Græcam, iussu Ptolomæi Philadelphi, atque industria Septuaginta duorum Interpretum. Idque hanc ob causam, ut ne solis Iudeis cognitum remaneret. Sic enim apud Aristæam Demetrius, cuius studio hoc opus procuratum est, regem alloquitur, *Illa quidem Hebraicis literis & lingua conscripta est* ( legem Mosis significat ) & propter hoc haecenus suis tantum cognita, ad regias manus adhuc minime peruenit. Sed digna est ut ipsa quoque inter tuos libros habeatur. Atque inde concludit accerendos interpretes. Post Christum in eodem labore sudauit Aquila Ponticus, sed & Theodotion: deinde etiam Symmachus. Quas interpretationes factas nunquam improbabuit Ecclesia, quamvis Aquilas, Theodotion & Symmachus autores, essent hostes fidei, atque adeo Apostatae. Imo ijs potius via est, cum priuatim, ut apparer ex virorum doctorum commentarijs, tum publice, ut ex Hieronymo scimus Danielē lectum fuisse ex Theodotionis editione.

V. Delingua Latina Augustinus 2. de Doctrina Christiana, c. 11. Qui Scripturas ex Hebreo lingua in Graecam vertierant linguam, numerari possunt, Latini autem interpres nullo modo: ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Graecus, & aliquantulum facultatis sibi mea utrisque lingua habere videbatur, ansus est interpretari. Ex ijs verbis duo obseruamus. Et ab initio statim fidei Ecclesiam esse Scripturis vestram translatam à suo idiomate in aliud populo cognitum, quod hodie ijs vetant, qui se solos Ecclesiam appellari volunt: & adeo fuisse tum temporis persuasum eas versiones esse licitas, & viles, immo etiam necessarias, vt nemo prohiberetur ijs manum admouere: que licentia non solet usurpari in ijs rebus quæ iudicantur aliquid habere peniculi, minime omnium vero cum præcessit prohibitio. Sed enim ex tanto interpretum Latinorum numero duæ fuerunt editiones magni & vsus & nominis. Prior vetus & communis appellata, ab Augustino etiam Itala: altera autore Hieronymo, qui ex fontibus haudis, cum altera esset ex Greco expressa.

V. I. Non negant aduersarij has Græcas & Latinas editiones. Sed reliquas impugnant. Omnino nulla causa. Nam quæ ratio effecit, ut Græcæ & Latinæ vetterentur libri sacri, eadem efficiet ut in alias linguas: nimirum ut ne thesauro incogniti nullus sit vius. Nec certe magis Græcorum aut Latinorum intererat, noscere mysteria sancta, quam Italorum, Germanorum, Hispanorum, Anglorum, Gallorum, deniq; omnium. Nec omnib; poterant, aut certe quæ bene poterant, communione eo dupli versionum idiomate, ac quorunque proprijs. Itaq; etsi hæc rautum habemus exempla versionum, tamen sufficere argumento confirmando.

VII. Sed habemus alia, & quidem omnium pene linguarum, nec recentia, sed à multis annis. In linguam Chaldaicam exstat Veteris Testamenti translatio, autore partim Onkelo, partim Ionathane Vzielis filio: quorum posterior vir omnium doctorum iudicio magnus, aliquot ante Christum annis vivit, & perhibetur fuisse condiscipulus Simeonis illius boni tenis, cuius Canticum habemus in Evangelio Lucæ tenentis Christum in vlnis. Est autem hoc opus aggressus, quia videbat linguam pure Hebraicam, paulatim ab his in desuetudinem: adeo ut doctis tantum familiaris esset: ille autem putauit unum thesaurum omnibus publicandum. Exemplum valde aptum nostris temporibus. Nam Romæ olim nemo negat vtilem fuisse Latinam editionem, quam docti æque & indocti, viri & mulieres, legere poterant, aut lectam audire. Sed paulatim antiquaram eam linguam, iam à plurimiis annis nemo Romanus, nisi multo tempore in scholis acto, nouit. Mirum ergo, nullum esse hodie apud eos Ionathanem: imo omnes esse iuratos hostes tam honesti operis.

VIII. Noui Testamenti Syram editionem , magni faciunt omnes do-  
cti. Et diligenter publicarunt , varijs prælorum operis : nouissime autem  
Arias & Fabricius , pauloque ante vtrumque Tremellius. Censetur facta  
aulo post Christi tempora : atque adeo Cornelius Bertramus tribuit pri-  
nis Ecclesiæ Antiochenæ annis. Iodocus Coccius Thesauri Catholici libro  
. capit. i. testatur Petrum quendam Æthiopem curasse imprimi Pau-  
Epistolas , in Græca , Hebraica , Chaldaica , Arabica , Iudica , & Gheez lin-  
uis.

LIBER VNDECIMVS, CAP. VI

19

**I.** Fabritius præfatione in Nouum Testamentum S. Iacum ad Hen-  
rium Galliae & Poloniæ Regem , cum meminisset Bibliorum ~~arabiorum~~ Antuerpiæ editorum . Restaret nunc (inquit) Rex Christianissime , ut in altera  
editione interiores addi corundem Bibliorum Arabicam paraphrasin Sahadie Gao-  
nos , Persicam Iacobi Tanaesij Pauanisue , integrum in Vetus Testamentum Sy-  
riacam , Armenianam , & Ethiopicam . In iis enim omnibus linguis , prater eas  
qua sunt iam typis adumbratae , cum veteris , tum Novi Testamenti versiones in-  
tegræ reperiuntur . Et sane Arabicam vna cum Hebreâ , Græca , Latina , &  
Chaldaica edendam suscepérat Augustinus Iustinianus Genuensis , sed so-  
lum Psalterium excusum est anno Domini millesimo quin gentesimo deci-  
mo sexto : reliqua parata , propter autoris mortem , non sunt in lucem e-  
dita , sed manuscripta seruantur , teste codem Coccio , & ante eum Sixto Se-  
nensi .

X. Chrysostomum transtulisse Psalmos, & Novum Testamentum, in linguan Armenicam, Sextus Senensis docet, & Stapletonus agnoscit ex testimonio Gregorij Patriarchæ: Hieronymum vertisse utrumque Testamentum in Dalmaticam, eti Bellarminus vertat in dubium, afferunt tamen Sextus Senensis Bibliothecæ libro sexto, annotatione 152. Hofius in Dialogo de Sacro vernacule legendō: & Alphonsus de Castro contra heres, libro 1. cap. 13. Vlphilas apud Sozomenum, libri texti, capite tricesimo septimo editionis Græcæ, Primus fuit literarum Gotticarum inventor, καὶ εἰς τὴν οἰκτίαν Φωτίῳ πετέροισιν εἴδετο. Et in suam linguan transtulit sacros libros. Vide Isidorum in Chronico Gottorum, qui Galophilam vocat, sed in Chronico Gilsulam, testatus vertisse utrumque Testamentum.

XI. Iuellus contra Hardingum art. 15. & Whitakerus in hac ipsa qua-  
stione, restantur se apud Ioannem Treuisanum legisse Bedam communical-  
se Anglis libros sacros propria eorum lingua. Sed & Theotisce, sive Ger-  
manice editos quondam, tradit Valerius Strabo de rebus Ecclesiasticis,  
cap. 7. *Studio illius gentis* (inquit) *dininos libros in sua locutionis proprietatem*  
*restituerunt, quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur.* Sextus Se-  
neutis libro 4. *Bibliotheca*, Michael Adam Iudeus conuersus *Biblia veritatis in*  
*linguam Germanicam, & in usum Iudeorum characteribus Hebraicis expressit.*  
Italice edidit Iacobus Archiepiscopus Genuensis, teste Stapletono & Sixto.  
Polonice Hieronymus Leopolitanus, teste Sixto, Gallice Carolus quintus  
Rex, teste Chronicus regum Gallici, & Carolo Molinæ annotatione prima  
ad dictum Caroli texti: & Bernardo Girardo in eius regis vita: atque  
hanc editionem memini videre eleganter descriptam in membranis. Velo-  
rum corpus Bibliorum, vel aliquam partem Morauice fuisse editam constat  
circa annum octingentesimum octogesimum; ex literis Joannis Papæ octauii  
ad Sventum Comitem de Methodio. *Nec sane* (inquit) *fidei vel doctrina ali-*  
*quid obstat, sive Missas in eadem Sclavonica lingua canere, sive Sacrum Euange-*  
*lium, vel lectiones diuinæ Novi & Veteris Testamenti, bene translatas, & inter-*  
*pretatas legere, aut alia Horarum officia omnia possidere: quoniam quis fecit tres*  
*linguas principales, Hebream scilicet, Graciam & Latinam, ipse creavit & alias*  
*omnes ad laudem & gloriam suam. Recitatur epistola à Baronio Annalium to-*  
*mo decimo. Andreas Fricius defensionis art. 3. Russi habent sua lingua, sacra*  
*Biblia conscripta, Bohemorum etiam Biblia vidi ante aliquoties denos annos Ve-*  
*nertiis typis excusa.*

XII. Sicut olim edita fuisse Biblia probamus, non tantum Graecæ & Latinæ, sed etiam in omnibus fere alias linguis: scilicet Chaldaice, Syriace, Arabicæ, Perse, Armenice, Æthiopice, Polonice, Morauice sive Sclauonice, Gothice, Dalmatice, Germanice, Italice, Anglice, Gallice, Russe, Bohemice. Et tamen Bellarminus negabat vnum esse antiquum autorem, qui alicuius alterius translationis meminisset, præter Graecam, & Latinam.

XIII. Hardings contra Anglicanam Apologiam; non prius in qua-  
randam gentium vernaculis linguis haberi Scripturas omnino interdictum  
fuisse dicit, quam proterua haereticorum petulantia, Ecclesiæ præsides, quo  
populi salutis confutatum esset, aliter statuere coegeret. Ergo, inquam, olim  
permisum erat; deinde omnino prohibitum. Atqui in statu quæstionis con-  
stituendo, Bellarminū audiuimus grauiter Chemnitio mendacij calumniaq;  
notam inurentem ob hoc ipsum, quod affereret à Papistis prohibiti vulgares  
editiones. Ergo hoc cum ingenue confiteatur Hardingu; neccesse est vatre  
negatum à Bellarmino.

XIV. Sed quod de hæreticorum petulantia dicit, merito examinandum est. Quando enim prohibitionem dicimus factam? Certe his demum postrem temporibus: hoc est, si non in Concilio Tridentino, saltem postea, et si opinor in Concilio, non verbis conceptis, sed oblique, ut notabat Chemnites. Aut id Concilium vero constat nullum fuisse interdictum. Nam & Augustinus Steuchus, non multo ante vixit, qui tamen de versionibus in omnes linguis non sine honore loquitur. Et Augustinus Iustinianus editionem adornabat Bibliorum ~~in~~ anno decimo sexto superioris seculi. Deus bone*tā* fero prouisum fuisse saluti populi? Atqui longe ante graffata fuerant hæreses. Chrysostomus vertit Armenice, Hieronymus Daimatice: an illi nullas audierant, nullas nouerant hæreses? Imo vix vultum fuit in Ecclesia seculum, magis hoc veneno infestatum. Et tamen transfluerunt. Ergo non crediderunt Hærescon peccatum, sed legitimam causam esse subtrahendarum populo Scripturarum. Quid? quod Stapletonus hæresibus maxime graffiantibus putat totum Scripturarum corpus in vulgari idiomate, saltem quibusdam è plebe permittendum? Sane hunc necesse est non credidisse omnino prohibendas versiones vulgares, propter hæreses. Nam si omnino nullæ essent, quib. communicari possent?

C. A. P. VI.

Quid Papistæ excipiunt ad Scripturæ Translations.

I. **V**arie soluunt hoc argumentum Aduersarij. Primum per partes. Bellarminus negat le certo scire utrum Hieronymus verterit in linguam Dalmaticam. Editionem Chaldaicam esse potius paraphrasin, quam versionem: nec vñquam apud Catholicos habuisse magnam auto-

ritatem. Porro non esse translatas Scripturas linguaam Graecam, quia eis  
qua erit quibusdam vulgaris, sed quia communissima. Nam terrena inquit  
Protomio regi Ægypti, qui eas transferri curauit, non erat vulgaris. Idemque  
de lingua Latina iudicium, que erat communis in toto Occidente, pauca videro  
vulgaris.

**II.** Nos contra. De lingua Dalmatica, Hieronymique versione litigandum esse Bellarmino cum suis, Hosio Cardinali, Alphonso de Castro & Sixto Senensi; qui asseruerunt. Et cù am afferendi habuerunt ab ipso Hieronymo qui se translationem Septuaginta diligenter emendatam suæ linguae hominibus dedit esse afferit. Epistola 134. ad Sophronium. Erat autem ille Stridonensis; quod oppidum est in Dalmatia. Et, ne id diuinatum aliquis putet addit Sixtus, etiam hodie in vsu esse eam versionem. Adscribam verba, è lib. 4. Bibliotheca. Transfudit quoque Hieronymus, ut ipse in Epistola ad Sophronium testatur, universum totius divinae Scripturae corpus in Dalmaticam linguam ad utilitatem nationis sue gentium: qua usque in hanc diem huius translationis lectione summa cù veneratione utitur. Nota, hunc laborem ab Hieronymo suscepimus, ad utilitatem gentium suæ nationis: non eruditorum; non Epiciorum, non Cleri. Concluimus persuasum fuisse Hieronymo Scripturas etiam ijs communicandas; quibus materna tantum lingua est cognita: eorumque utilitatem promouendam: & quidem hoc modo: hoc est, non tantum publica expositione, quæ sit à concionante, sed etiam ipsa textus sacri exhibitione.

III. De Chaldaicæ editionis autoritate, quid attinet dicere? fuit ea tanta, quanta debet esse alicuius versionis: qua de re dicendum erit paulo post. Nūc autem, non hoc agimus, quis cuique versioni locus sit tribuendus, sed vtrum aliquis omnino dandus, hoc est, vtrum alias extare sit vtile, vel potius permisum. Nec nos sane orationes vulgares contendimus æquo gradu admittendas cum contextu archetypo; vel etiam cum vetustissimis versionibus, si cetera sint paria. Imo vero alias nonnulli defectus sint veterum, tamen propter ætatem facile patimur, vt plus honoris habeant. Nam si forte aduersus eas aliquid excipimus, tum id fieri debet ex autoritate textus, non è simplici posteriorum comparatione.

I. V. Fator Paraphraſtem Chaldaeum liberius tranſtulisse: non vero verbum verbo; quam religionem nos inaxime laudamus , si tamen commode fieri poſſit. Sed hoc quid ad rem ? Non enim ſequitur non eſſe versionem , & quidem in lingua cognitam , ex incognita , vel certe ex minus cognita. Imo hoc ipſo redditur ad argumentum noſtrum aptior : quia non tantum verſio eſt in lingua vulgarem, ſed etiam explicatio eorum locorum, quo- rum ſententia eſt obſcurior. Unde à Galatino ſerio commendatur. Ionathas (inquit) *V*ielis filius, Hillelis *q*, auditore, atq; Simeonis Iufi, qui Chriflum infa- tulum ſuſcepit in brachiiſ, condiscipulus, totum vetus Inſtrumentum in Chal- daeam veritatem lingua, atque expofuit, ita ſic ſuſt in ſenſu traducens. Et ita ob- ſcuriffima queque exponens vocabula, ut quaenamque de Moſſia, tubia & laten- ter ſcripta erant, certa atque clariffima reddiderit: adeo ut eius editio non tar- intepretatio, quam glōſſa atque expofitio videatur, quam Hebrei בְּרִית מֹשֶׁה id est translationem nuncupant. Hinc certe colligimus , myſteria Spiritus San- ti, etiam plebi communicanda. Deinde, quia hæc ſue translatio ſue pa- raphraſis, nunquam plenius, dilucidius, maxime vero nunquam certius ea myſteria declarauit, quæ continentur in Veteri teſtamento, quam ipſe Spir-itus Sanctus in Nouo: ergo ſi ob facilitatem illam non fuit incommodum, imo vero fuit utile eam paraphraſin plebi proponi: multo vtilius, imo multo tuius fuerit Nouum Teſtamentum ei communicari. Imo vero etiam totam Vetus: quia adiunctum habeat Nouum, tanquam ſue paraphraſin, ſue ex- plicationem.

V I. Ad hæc, quid tum si vel Ptolemæo non fuit Græca vulgaris, vel paucis Latina? Nam nec Ptolemæo soli, & paucis etiam illis Biblia communicari debebant. Certe Demetrius erat Græcus, teste ipso nomine, cuius origo Græca est. Ei autem æque ac Regi, Septuaginta sudabant: itemq; Arist. o. : demiq; omnib. Græce scientibus: quod ex euentu patuit. Et Latina editio, non solis commendata est Gallis, aut Germanis, aut Hispanis, sed ipsis Romanis in manus tradita: apud quos ita erat lingua non tantum communis, sed etiā vulgaris, ut qualibet muliercula, æque se Latinam diceret, cum Cicerone, Cæsare, reliquis: non quidem eloquentia parem, sed idiomate ramen non inferrem. Faciebat ad Papistarum Tyrannidem, si nullus vñquam vsus fuisset editionis Septuaginta Seniorum, Atkenis, vbi Tyrtamos, ob Græcam eloquentiam Theophrastos appellatos aniculæ ex idiomate agnoscebant hospites, & hoc nomine resalutabant.

VII. Sixtus Senensis annotatione 152. libr. 6. Bibliotheca. *Ad id quod  
heretici contendunt (inquit) vertendas esse distinas literas in maternam cuiusque  
nationis linguam, quia olim hoc ipsum factum sit ingenti Ecclesie beneficio, respö-  
detur, incepit esse huiusmodi argumentum: multa enim alias instituta sunt  
in communem reipublica utilitatem, qua cum postea incommode, & periculum  
afferrent, abrogata sunt. Et addit exempla: Nocturna perwigilia ad martyrum  
sepulcra, sublata Elibertini Concilij sanctione: Eucharistiae traditionem  
in manus fideliuum, competit in commodis abolitam. Porro translationum  
incommode, certissimo experimento competitum; videlicet plurimam  
simplicium turbam ea occasione in detestabiles, & irremeabiles errores  
corruisse.*

## DE CANONIS VERSIONIBVS.

196

VIII. Hac Sixtus, vir inter Monachos eruditus. Sed hoc loco non satis prudens. Nam primo, ex euentis ea iudicanda sunt duntaxat, quod non sunt simpliciter, & per se bona, sed media atque *ad apogeum*. Quomodo nos pleraque reformauimus cum discellimus a Papatu. Sic Commemorationem fidelium de sanctorum sustulimus; sic Martyrum natalitiam; sic signum crucis illud; *et non sicut*; & similia plurima; quibus tamen credimus priscos non male vsos esse: quia apud Papistas iam prident in foedissimam Idololatriam, aut certe non ferendum superstitutionem degenerarunt. Bona autem illa, propterea censemus retinenda, purgatis errorib. qui superuererunt. Sic nos Eucharistiam, Baptismum, precies, & reliqua in integrum restituimus, quamvis nec ab ijs quidem Papistae sacrilegas manus abstinuerint. Porro in mere adiaphoris, negamus esse numerandum usum linguae cognitae, sed inter necessarias, ut diximus precepit. *et li. c. 6.* Quemadmodum ergo qui usum vini propter ebrietatem, sic ne ille quidem inter sobrios computandus erit, qui propter nonnullos haereticos prohibeat usum linguae cognitae.

X. Deinde ipsa adiaphora cum ex euentis iudicanda sunt, non incomoda sola numeranda veniunt, sed & commoda consideranda. Nam si plura sperari possunt commoda, quam incomoda timeri, tum furiosum sit, usum iam receptum abrogare. Est autem certum multo plus utilitatis ad Ecclesiam redire ex Scriptura lectione; quam incommodi: quod si quis reuocet in dubium, relegata quae nos prolixè citauimus ex patribus, cum ageremus de permittendis plebi Scripturis.

X. Tertio, tum minime valet incommodorum enumeratio, ad usum inducendum tollendum; cum est re ipsa, qua plerique abutuntur, remedia peti possunt aduersus ea ipsa incommoda. At hoc Scripturis proprium est: quibus supereditantur certissima refutationes earum ipsarum haereticorum, quas ab eorum lectione, aut etiam aliunde nonnulli hauriunt. Sic Chrysostomus. Si attendemus Scripturam, non tantum non attendemus errori, sed etiam alias ab erroribus liberaremus.

XI. Quarto, quod dicit Sextus, experientia compertum esse plebem ea occasione in multis errores incidisse; falsum est, quia vix ullam possit haeresis nominare, quae à plebe originem sumperit: & non potius ab Episcopis, aut presbyteris: vnde conficitur, longe plus plebi nocuissimae conciones, quam Scripturarum lectionem: sic enim quilibet, pro arbitrio solent Episcopi Concionantes impellere plebem ab eis pendentem: quare si valet consequentia aduersus Scripturam usum, multo plus aduersus Conciones. Itaque si semel propter male ventes, omnem omnino usum: scripturarum, id est, tam bonum quam malum; sibi Papistae prohibendum putant: cur non etiam similem ob causam omnes omnino cum bonas tum malas conciones prohibent? Ut similes habent labra laetucas.

XII. Quinto, cum certum sit longe maximam haereticon colluuiem fluxisse ab Episcopis: Nam Bellarm. lib. 1. de Romano Pontifice c. 8. agnoscit haeresiarum fere omnes aut Episcopos aut presbyteros fuisse. Cum, inquit, hoc certissimum sit: vel negandum est suas haereses Episcopos haurire ex Scripturarum lectione: vel his & que ac laicis Scripturæ erunt interdicenda: vel saltæ alia ex cogitanda causa cur laicis potius. At primum illud ne aduersarij quidem dicent: negant nam, sole meridi lucere: secundum omnino est furiosum: tertium *et non sicut*. Ergo inepita est Sixti exceptio.

XIII. Sexto, nego vnuquā interdictum fuisse, ne Scripturæ transferantur in vernacula lingua. Nam si interdictum est, tum vel ante Cœcilium Tridentinū, vel deinceps. At non ante, vt constat ex tot versionum exemplis iam enumeratis. E quibus Polonica facta est circa annum decimi quinti seculi sextum & trigesimum. Non deinceps, quia nec quicquam ea de re inuenimus in eo Cœcilio: & Iesuitæ recentiores, inter quibus Bellarminus, negant ea de re fuisse sanctum. Post Cœciliū autem, Papæ autores Iudicis librorum prohibitorum, non ipsam prohibent versionem, sed tantum usum certis terminis circumscribunt. Quanquam quid vel Concilium Tridentinum vel Papæ prohibebat, aut permittebat, Catholici non curant. Non enim eis ius ullam est in Ecclesiam, quam ferro & flamma persequuntur.

XIV. Denique Sixti exempla sunt inutilia. Nam vigilias illas sceminarū in Coemeterijs, sublatas ab Elbertino Concilio, nunquam Ecclesia instituerat: nunquam approbarat, sed inconsiderata superstitione intruferat: ab ijsque nihil boni, incommodi vero plurimum exspectandum erat. Itaque pie & sapienter abrogata sunt; quia earam praetextu mulieres sapientia perpetrabant. Et similiter sublatas oportuit eas, quae retinuerunt apud Papistas circa Patcham: itemque nocturnos conuentus ad Domini Natalem, si Papistis gravior est Christiana modestia, quam foeda superstitione. Eucharistiam vero porrigit in manus fidelium communicantium, omnino est ab institutione Christi: nec quod sciam ab Ecclesia viro vnuquam decreto abrogatum. Certe tolli non debuit. Quod si superstitiones sunt Papistæ; an propterea Catholicos operetur penas dare?

XV. Stapletonus in Relectione Principiorum Controv. 5. quæst. 3. art. 4. aliam querit rimam. Nam cum ei obijceretur usus iste vulgarium editionem apud veteres. Dicendum (inquit) quod hoc totum factum est subinde à maioribus nostris pia & prudenti dispensatione, non autem ex generali & perpetua vel rei necessitate, vel Dei ordinatione.

XVI. Atqui hoc multipliciter est absurdum. Primo, si fuit specialis dispensatio: ergo necesse est præcessisse vniuersalem prohibitionem. Non enim potest alter dispensatio intelligi. Est enim dispensatio iuri relaxatio, inquit Altenstaig. Exempli gratia, ex Papæ dispensatione Philippus Hispaniarum Rex vxoris defunctæ sororem duxit. Nimirum, quia iure eorum, diuino non licebat, quod & que ac humanum pro nihilo, cum libet, Roma ducitur. At vertendatur Scripturarum nulla erat prohibito. Alioquin proferant, si possunt, aliquem ex Scriptura locum, aliquem Ecclesiasticum Canonem, aliquod saltem alicuius Patris testimonium, vnde constet aliquando prohibitum fuisse, ne quis Scripturam verteret. Sed non poterunt. Ergo frustra dispensationem clamitant.

XVII. Secundo, qua ratione appellari potuit specialis dispensatio, is usus quem constat esse promiscuum? Nam si vnu aut alter reperiatur interpres, verisimile id fortasse fuerit. Sed infiniti ostenduntur. Nam Augustinus negabat numerari posse Latinos: multos Græcos fuisse nemo nescit. Adde Chaldaicos, Syros, Arabas, Armenos, Dalmatas, Anglos, Gallos, reliquos, quo crunt? Et in tanta copia mihi Stapletonus occinat dispensationem? nec tatum

dispensationem, sed specialem dispensationem? Nouam sane iuri Romanum formulam.

XVIII. Tertio, si est dispensatio, quero qui dispensauit: An Cœciliū aliud quod panepiscopus Romanus, an ipsi Interpretes? Si Concilium: ergo nominent. Nos non nondum ullum audiuimus, aut nominatum aut indicatum. Episcopus Romanus, non potuit: quia non est antiqua eius in Christianitate tyrannus. Et Hieronymum scimus tantum nouo Testamento manus admouisse ad Episcopum Romanum sive preces, sive mandatum. Nam Vetus Testamentum, ad preces variorum tum Episcoporum, tum etiâ laicorum, atque adeo mulierum transtulit. Denique, non potuerunt ipsi Translatores dispensare: fuisse nullæ ridicula, à qua se quilibet proprio motu potuisse extimere: Quod si iam nemo inveniri potest dispensator: Ergo nulla est dispensatio.

XIX. Quarto, hoc etiam Stapletonus nobis responderet debet, utrum credit ex speciali dispensatione factas esse versiones primas Seniorum Septuaginta in linguam Græcam, & Hieronymi in linguam Latinam. Nam si assertum has, non magis licitas dicet, quam alias quaslibet: Et tamen has linguis tanquam doctas omnes Papistæ è reliquarum numero eximunt, ut crucis custolo dedicatas. Sin neger: nos excepimus non aliam eorum sive causam, sive rationem: quam reliquarum, aut ab antiquis reddi, aut à recentioribus excoigitari posse.

X X. Denique, cum questio esset Romæ in conclavi agitata de Sacris Mōrauice agendis, ideoque & de Scriptura vertenda in eandem linguam, efficerent non pauci contradictores, Aeneas Sylvius testatur vocem tanquam de cœlo in hac verba missem, *Omnis spiritus laudet Dominum: & omnis lingua confiteatur ei:* Bohemicæ historiæ cap. 13. Sed & Ioannes quartus, hanc ipsa dñe scribens. *Literas Sclavonicas, à Constantino quodam Philosopho repertas,* quibus Deo laudes debitas resonant, sive laudamus: & ut in eadem lingua Christi Deinostri præconia, & opera enarrarentur, in bernes, neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis, Dominum laudare, autoritate sacra mouemur, quæ præcepit dicens, *Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi:* & Apostoli repleti spiritu sancto locutis sunt omnibus linguis Magister alia Dei. Hinc & Paulus caelestis quoque tuba insonat, monens, *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* De quibus etiam in prima ad Corinthios Epistola satis & manifeste nos admonet, quatenus linguis loquentes, Ecclesiam Dei addiscimus.

X X I. Hinc varia ducuntur argumenta. Primum: Nihil factum ex iure vniuersali, dispensatio specialis dici potest: siquidem, ut diximus, dispensatio est iuri non obseruatio, sed relaxatio. At Morauica lingua usum usurpatum est, ex iure vniuersali: nimis ex locis Scripturæ id factum comprobantibus. Ergo non fuit specialis dispensatio. Quod si non Morauica, ergo ne aliarum quidem. II. Nullum facinus contra ius admisum, proptereaq; indigena dispensatione speciali, laudatur: est enim contra æquitatem, contra bonos mores. At hoc Morauorum factum laudatur à Ioanne quarto. Ergo non erat contra ius admisum, nec dispensatio indigebat. Tertium: Nihil, quod contra ius dispensatur, fieri iuberet: at Morauicam linguam usurpari iubuit Ioannes quartus. Ergo non dispensauit. Quartum, Nihil omnibus permisum, dispensatur. At lingua vulgaris usum, omnibus permisus est: sic enim sonant loci Scripturæ induiti, qui de omnibus linguis diserte loquuntur. Ergo non fuit specialis dispensatio Morauicæ lingua usurpandæ. Quod si non huius: ergo ne aliarum quidem.

X X II. Atque hinc mirari libentergenium Baronij: qui, cum sentiret hoc iudicio conuelli Tyrannidem Papisticam in retinendis linguis ignotis & barbaris, ictum putauit declinandum. Hec (inquit) Ioannes Papa, ita natum recens Ecclesiam lacte nutriendis parvulorum, sperans opera eius, qui lingua infantium facit disertas, fore ut Morauensis Ecclesia, matris ex qua genita esset, lingua perfecte loquuntur esset. Itane? puerorum lacte eos nutriti ausus est dicerre Cardinalis, quibus Scriptura permittuntur lingua vernacula? Atque reliqui omnes vel hunc prædicant esse cibum prouectionum, ut Bellarminus de Verbo Dei libr. 2. cap. 16. ad argumentum quintum Chemnitij: vel venenum pronunciant, vnde haereses, & omne genus malorum laici hauriant. Nimis nihil pensi habent Papistæ, dum veritatem quoquomo claudant: nec pudet ludificari Christianos. Et tamen, si verum est, lingua cognita propositam Scripturam, esse lac puerorum: concludimus ergo, omnibus laicis proponendam: nam hi omnes, si pueri sunt, ut Papistæ volunt lacte fuisse nutriti.

X X III. Supereft mihi Lizetus; nam & iste nescio quid seorsim meditatus est à reliquis. Primo concedit necesse fuisse; vt, quæ Gentes Hebraica, Græca, Latinae lingue usum nullum haberent, ijs Scripturæ proprio sermo ne traducerentur. Sed non insulse credi possunt, apud Arabas, Chaldæos, Medos, alioque complures duplice fuisse linguam, alteram omnibus communem, alteram viris doctis peculiarem, qua diuini libri apud eos scriberentur. Secundo, versiones Italicas & Gallicas, potuisse à quibusdam perperam, & inconsulte tentari: & voluisse interpretes quorundam magnatum desiderio facere satis. Tertio id nunquam factum in Latina Ecclesia, quæ vniuersa sola Latina translatione contenta fuit. Quarto, non fuisse eas vulgares translationes passim indocta rudiq; plebi missas. Denique, si ex Deo fuisse vulgaris translatione, permanuisse utique in Ecclesia, at quem haud quaquam in ea persistiter, argumentum maximum est, Deo eius translationis opus neutruum fuisse gratum.

X X IV. At nos respondentes, ad primum concedimus necesse fuisse, ut qui populi neq; Hebraice scirent, neq; Græce, neque Latine, propria sua lingua Scripturas haberent: atq; eam perpetuam generalemq; necessitatem esse credimus, ut similiter Galli Gallice, Itali Italice, Germani Germanice, alii alter Scripturas legant. Nam hodie earum nationum nulla est, quæ usum Latinæ lingue retinuerit, aut Hebraicæ, aut Græcæ: quæ omnes ablegatae sunt, ab ultimis publico, ad scholarum cancelllos, vnde non ex eunt.

X X V. Fuisse autem apud Chaldæos, Arabas, & Medos duplice linguam, concedi potest; si distinguamus elegantiam honestiorum à sordib. vulgi: neq; quicquam derogat cause. Quanquam exemplo tum Græce, tum Latinæ versionis piudicare licet, Scripturas esse vertendas in sermonem non honestioribus peculiarem, sed vulgo cōmūnem. Sciunt n. docti, neq; Græce verus Testamentum, neq; Latine tota Biblia, elegantiam redolere Demostenis, aut Ciceronis, sed potius vulgi sermones. Sin autem somniabat Lizetus, linguam do-

etorum aliquam, quæ non nisi in scholis multo labore disceretur, plebi autem prorsus esset incognita; tum ille n. m. s alte somniauit.

**XXVI.** Ad secundum. Papistis solenne esse iampridem agnouimus pios Catholicorum conatus calumniari, sed apud nos nullius esse momenti, quid illi vel laudent, vel improbent. Enimvero, cur Italicas & Gallicas versionib. hæret Sophista? Quæli vero alia esset earum ratio, quam aliarum; puta Goticae, Dalmaticae, Syrae, Chaldaicae: addit, Graecæ & Latinæ. An vero temeritatis etiam accuset Hieronymum, & Bedam, & Chrysostomum? Vlphilam certe nemino antiquorum ita damnauit. Quod autem addit de magnatum desiderio, insulsum est. Nam primo, earum verionum pauca ea occasione facta sunt: reliqua in populorum gratiam, ut de Vlphila dixit Eusebius: de Hieronymo Sixtus. Secundo, nemo haec tenus illud magnatum desiderium culpavit inno nostri Historici, versionem Gallicam numerant in laudib. Caroli V. Regis. Et Hieronymus vltro profliteret, se in gratiam variorum cum virorum, tū mulierum varias partes transtulisse.

**XVII.** Ad tertium, interrogamus, quamnam appellat Ecclesiam Latinam. Nam si eam, quæ lingua Latina vtebatur: quid mirum? Ne in Graeca quidem, aut Syriaca, Scriptura vnuquam conuersa sunt in lingam Latinam. Et nulla magis ratio efficit, vt quia Ecclesia Latina non est vsa Anglico idioma te, vt hoc exempli gratia nominem: ideo nunquam debere Scripturam Anglice verti: quam nunquam Latine, quia Ecclesia Graeca & Syriaca, nunquam vsa sunt lingua Latina. Sin autem intelligit totam Occidentis Ecclesiam, quæ solebat appellari Latina: mera est petitio principij. Nam Angli, Galli, Dalmatae, Poloni, Moraui, Gotti ad eam pertinebant; quibus singulis suas versiones fuisse ostendimus.

**XXVIII.** Ad quartum. Papistæ audacter diuinant, quicquid suis reb. comodum videatur, sed ridicule. Qui enim illi post tortula scire possunt non fuisse quibuslibet permislos libros Sanctos vulgari lingua? Saltem testes aliquos proferent. Nam si hodie sit apud eos, non sequitur tamē similiter olim factum fuisse. Sed n. quero in quorum igitur gratiam factæ sint illæ versiones. Nam in vsum doctorum, quid erat opus? cum illi vti posint Graecis, & Latinis. Et tamen Eusebij de Vlphila verba erant, τὸν ἀρχαῖον μαρτυρεῖ τὸ διάλογον μετατραπεῖ, efficit ut barbari ediscerent oracula diuina. Quæ significant, in eorum vsum verias esse Scripturas Gottice, qui ex ea verhunc, non ex Latina, aut Graeca, haurirent fidem. Augustinus etiam effectum testatur, vt per varias Interpretum linguas Scriptura longe lateq; diffusa innoteceret gentibus. Deniq; contrarium probauimus libro præced.

**XXIX.** Ad quintum. primo inepit ex euentu iudicat. Quasi vero nihil bonum, & sanctum in defecrudinem venerit apud eos, qui se Christianos perficiunt. Nō est vero è corruptionib. legi: ima cōclusio. Secundo sumitut falsum. Nam remanit v̄s variarum verionum: et si non omnium: videlicet Graecæ apud Graecos, Syrae apud Syros, Latinæ apud Latinos, Arabicæ apud Arabas. Illyricos etiam vti Dalmatica versione Hieronymi Stapletonus testatur, & Sixtus.

## C A P. VII.

An apud Iudeos Scriptura recitat a sit lingua incognita.

**I.** Ergo ad Argumenta Papistarum, collecta ab ijs quibus hæc controuersia tractata est. Iij sunt: Bellarmine de Verbo Dei, lib. 2. cap. 15. Petrus Sutor Carthusianus in opere de Translatione Bibliae c. 22. Petrus Lietzetus in Dialogo de Sacris libris in vulgate eloquium minime vertendis. Franciscus Cordubensis in Annotationibus Catholicis artic. 1. cap. 10. Anadrius Defensionis Tridentinæ libr. 4. Stapletonus in Relectione principiorum Controversia 5. quæstione 3. artic. 4. Thomas Hardings contra Iuuenium artic. 15. Iacobus I. edesima in libro de diuinis Scripturis, quavis passim lingua non legendis. Ioannes Arboreus Theosophia lib. 8. c. 11. Salmero disput. 30. in 1. ad Corinth.

**II.** Bellarmini primum argumentum ducitur ab exemplo Ecclesiæ Iudaice, quæ fuit à tempore Esdræ vñq; ad Christum. Nimirum, cum temporib. Esdræ desierit in populo Dei lingua Hebraica esse vulgaris. Argumentum ita instituendum: Quicunque v̄s obtinuit in Ecclesia Iudeorum ab Esdra ad Christum; is obtinere debet in Ecclesia Christiana. At is v̄s obtinuit ab Esdra ad Christum, vt Scriptura non exstaret, nisi lingua incognita. Ergo in Ecclesia is v̄s obtinere debet, vt non exstet Scriptura nisi lingua plebi incognita.

**III.** Probatur Minor: quia non exstabat Scriptura nisi Hebraice: at lingam Hebraicam Iudei oblieti erant in captiuitate Babylonica; vt illis deinceps Chaldaica, siue Syriaca fuerit materna. Vnde Nehemia 8. cum legeretur liber Legis vniuerso populo, Nehemias, & Esdras & Leuitæ interpretabantur, quia alioquin nihil populus intelligebat. Probatur etiam ex multis vocibus, quæ legentur in novo Testamento, nec sunt Hebraice, Marci 5. Talitha cumi: Et 14. Abba. Actorum primo, Hacelena, Matth. 27. Golgotha, Apud omnes Euangelistas, Pascha. Probatur rursus ex Ioannis 7. Turba haec quæ non nonuit Legem. Denique etiam hodie Iudei in Synagogis Scripturas Hebraice legunt, cum tamen nulli nationi lingua Hebraica sit vulgaris.

**IV.** Respondeo primo, maiorem non esse vniuersaliter veram, id est, conclusionem non necessariam. Nam ne ipsi quidem aduersarij ausint afferere omnia sic conseruanda apud Christianos, vt instituta sunt apud Iudeos. Et tamen, quod diligenter considerandum venit, non argumentatur Bellarmenus ab eo, quod inter Iudeos certo Dei precepto institutum est, sed duntaxat ex eo, quod virtus paulatim inducitur est. Alioquin, cur tam seru conquisiuit exempla? Esdræ enim tempora inciderunt in periodum Ecclesiæ Iudaice declinant. Quis autem credit nobis pro exemplo constituenda Ecclesiæ Christianæ proponendum statum inclinantis Iudaice? & non potius integræ?

**V.** Secundo, respondeo minorem esse falsam: ac ne verisimile quidem est, se tempore Esdræ fuisse populo incognitam lingam Hebraicam, alioquin quomodo Haggæus, Zacharias, & Malachias ad populum concionati esfent? Nam constat prophetasse post redditum ex captiuitate, & lingua pure He-

Tom. I.

braicæ: quod vtrumque patet ex eorum scriptis. Etsi iam inclinante lingue puritate. Cuius rei indicium est in mensuram nominibus, non Hebraicis, quæ in nullis inueniuntur libris sacris, præter eos qui in captiuitate Babylonica conscripti sunt: vt docet Elias Leuita in Tisbi. Et sane quis credat fieri potuisse, vt intra spatum annorum septuaginta, totus ille populus prorsus oblitus sit sui idiomatici? Nam corruptile, si diceret Bellarmenus, non repugnare. Etsi ne id quidem satis explorare colligi possit, nisi diu post Esdræ tempora. Certe Nehemias c. 13. diserte meminit lingua Iudaicæ distinctæ ab alijs, cum singificant filios natos ex mulierib. Asdoticis, Ammoniticis, Moabiticis non potuisse loqui Iudaice.

**V. I.** Non sequitur autem, si corruerint suum sermonem, ideo vt omnino non intellexerint. Experiencia canum docet incognita idiomata illa esse, que toto (vita dicam) genere distant: vt Germanicum Gallis: Graecum Latinis: Hebraicum Graecis. Nam quæ viciniora sunt, & tantum corruptione differunt, ea videmus esse non difficilia cogniti. Sic Francicum idiomata omnibus Gallis: Sic Germanicum Helvetijs, ut Hetruscum omnibus Italibus. Sic Sclavonicum, teste Bohemis, Morauis, Callubijs, Russis, Moschis, Saulis, Suetijs, Dalmatis, Boznensibus, Croatias, Bulgariis, Rascianis, Seruis, atque alijs. Si longe tempore Latinum manuit cognitum apud Latinos paulatim in detersi flecentes, donec degenerarent omnino in Italicam. Sic nobis verus Francicum non est difficultimum, qui Villeharduini librum etiam legimus; & Veteres Poetas, quos appellant Longlovers: à quorum tamen non nullis maius est ad nos usque temporis interuum, quam à Nehemias ad Christum.

**V. II.** In recitatione Legis populum nihil intellexisse, de suo Bellarminus dixit, à Nehemias nunquam didicit: Quin potius certa sunt in contrarium argumenta. Nam dicitur Nehemias protulisse Legem coram congregacione tam virorum quam mulierum, & omnium aptorum ad intelligenter audiendum; sic enim vertit noster Iunius: Et paulo post, coram viris, mulieribusque, ac intelligentibus. Quæ verba diserte significant ea quæ legerentur potuisse intelligi cum à viris tum etiam à mulieribus. Deinde dicitur populus attenus fuisse ad librum Legis. Ad quid attenti auribus, audiendo nihil percepturi? Tertio dicitur discessisse populus ad agitandam magnam letitiam, quod intellexissent verba, quæ nota fecerant illis: Nehemias testatur hos intellexisse verba ipsa. Et mihi aliquis Jesuita contra persuadeat non intellexisse?

**V. III.** Nam quod Nehemias, Esdras, & Leuitæ interpretabantur, nihil ad Bellarmini sententiam: Etsi vngreatur à Frontone contra Plessium. Significat enim, non linguan fuisse plebi incognitam, sed vt sepe accidit, res ipsas potius, non laus bene perceptas à singulis verba audientibus, fuisse declaratas: quo modo semper Pastores ad populum in Concionibus interpretantur dogmata fidei; quamvis contextum Scripturæ legerint Graecæ Graecis, Latinæ Latinis, hoc est, ita vt singula verba à plebe sint intellecta: Neque enim quisquam dubitatio Motis tam multis ceremonijs, non paucas fuisse paulo minus perficie descripas; quod etiam hodie doctissimi experuntur quotidie: exempli gratia, in Vrim & Tumimis, quæ quid fuerint, ne Rabbinorum quidem Principes iam diu scire potuerunt.

**V. X.** Frustra autem Fronto contendit, non posse negari, verbo illo Interpretandi, quo vñs est Hieronymus, significari illud explicandi officium, quo funguntur linguarum interpretes, Gallice Truchemans, qui alia lingua redunt, quod alia acceperunt.

**X.** Nam interpretandi vocem communem esse, cum translationi verborum, tum rerum explicationi, sciunt omnes, & probatur ex vñs ipsius Interpretis Latinii, siue est Hieronymus est, siue alius. Ad verba loci referuntur. Iudic. 1. In monte Hares, quod interpretatur, teflae. Et 12. Schibboleth, quod interpretatur, spica. Genet. 27. quod per interpretem loquoretur ad eos. Ad res vero, Genet. 40. Somnium videmus, & non est, qui interpretetur nobis. Et 41. Narravit somnium, necerat q interpretaretur. Daniel. 5. Audiri de te, quod possis obscurra interpretari. Genet. 40. Præpositus pincernarum oblitus est interpretis fui. Nō est igitur q ex vocabulo homonymo vim faciat Iesuita; quando communitate, nobisq; & que faueat, ac ei: nisi forte alia proferat argumenta, quib. probet nominativum hoc loco verbum interpretandi, ad ipsas voces referri: non autem vt nos volumus, ad rerum elucidationem.

**XI.** Sed, quid prodest vocabulum Latinum vtgerere? Cur non potius ad tontes recurrimus, quandoquidem ipsi fatentur aduersarij ita faciendum, ad dirimentam amphiboliam? Considerandum est igitur, vtrum vox ea, quæ Nehemias Hebraice scribens vñs est, quamque Hieronymus reddidit interpretari, ad verba referatur, an potius ad res. Hebraice ergo interpres verborum dicitur וְלֹא, vt Genesio 42. & Eliae 43. At hic est מִבְנָה, quæ vox ad res ipsas potius refertur: neq; vñquam usurpatum occurrit de verborum translatione: sonat enim non aurium, sed mentis intelligentiam, vnde Graeci interpres vertit οὐσίαν. Deuteronomij 4. exco. וְלֹא כִּי כִּי וְלֹא נְבָנָה, populus sapiens, & intelligens. Exodi 6. וְלֹא כִּי כִּי תַּחֲמַמְתָּה וְלֹא תַּבְנֵה, sapientiam, & intellectum. Deuteronomij 4. וְלֹא כִּי כִּי תַּחֲמַמְתָּה וְלֹא תַּבְנֵה, & hæc est sapientia vestra & intellectus.

**XII.** Iam vero de Christi temporibus, iisque vocibus, quæ reperiuntur in Nouo Testamento facile negotium. Primo, dico nihil aliud probari, nisi prære Hebraicum sermonem non fuisse vulgarem, non vero non fuisse intellectum. Atq; adeo ex ijs ipmis vocibus à Bellarmino collectis: Cum mere est Hebraica. Abba, dema, pesach. Hebraica sunt: flexione tantum Chaldaica siue Syriaca nam Hebraice dicuntur Ab, dam, Pesach. Golgotha corruptum à גָּלְגָּלָה. Ita remantur sola, Thalita, & Hacel, neq; Hebraicæ, neq; ab Hebraicis deductæ, sed Syriace.

**XIII.** Secundo, tum temporis existabat iam paraphrasis Jonata, quæ populo vulgarem redderet Scripturæ textum: adeo accederet ad linguam Syriacam, vt vñs eisq; vñam eandemq; Grammaticam docti confererint, sicut apud Graecos, idiomatica siue dialecti, vna eademq; opera docentur: Vnde desumptum Marci 15. Eloí Eloí, lamma sebat hani: nisi quod pro מֶלֶךְ מִצְרָיִם Chaldaico, conseruatum est מֶלֶךְ Hebraicum: vt sciamus, & citaram eis à Christo Scripturam accommodare ad vñsum vulgarem: & tamen hunc ipsum vñsum non omnino alienum ab Hebraico: vnde habemus, Amen, Alleluia, Hosanna, & similes doctiones.

**XIV.** Locus è Ioan. 7. ineptissime citatur. Quæli vero nullum sit ignoratæ legis crimen, nisi in ijs, quibus ne ipsum quidem legis idioma cognitum sit.

RR 3

Quod

Quod si est, tum ne Sadduceis quidem ipsis lingua Hebraicam intellecta alteremus, quia eos Christus in hunc increpat modum, Matth. 22. *Erratis, ne scientes scripturas.* Enimvero hoc potius certum est, multos non nosse legem, & ignorare Scripturas, quibus tamen ipsa idiomata, sive Hebraica, sive Graeca, sive Latina, optime sunt cognita: sive ob propriam negligentiam, cum negligunt quidem libros, ut suis Chrysostomus exprobat, quos tamen diu noctuq; versare debuerant: sive ob peruersitatem, cum sibi plus credunt quam Deo, sive ob ingenij tarditatem Sed quæcumq; causa sit, tamen incepitissima est consequentia; non nouit legem, ergo non intelligit Hebraice. Nam Marci 9. cum Christus discipulis dixisset, Filius hominis traditur in manus hominum qui trucidabunt eum, sed trucidatus tertio die resurget: addit Euan gelista, *Ipsi vero ignorabant hoc dictum* An quia barbare loquutum Christum & fortasse Hebraice, adeo non intelligebant, ut ne verbâ quidem assequiri essent? Ridiculum.

XIV. Iudæos post Christū non est necesse nos curare: aut ab ijs discere quoniam docenda sit Ecclesia Christiana. Nam hi non emendant, sed cumulant patrum suorum defectus, ne dicam blasphemias. Atq; adeo vere illis velamē positum, cum Moses legitur. Sed n̄ si diligenter suas legerent Scripturas efficerentq; vt vulgo essent & cognitæ & familiares, maior spes esset de eorum salute. Itaq; cauendum nobis est, ne Christiani simili ignorantiae veterino occupati, propriam salutē negligant, vt sit inter Papistas: quo exemplo nos terri, noui Iudæorum recentiorem imitati sumus superstitionem, sed eū vsum, qui ab initio inter Christianos viguit, restituimus, vt omnes sua lingua Christianum audiant loquentem.

C A P. VIII.

*An Apostolorum temporibus Scriptura recitata sit lingua  
incognita.*

**I.** Vbiicit Iudæorum vsui Bellarminus, vsum Apostolorum. Si Apostoli nulla lingua, præter Hebræam, Græcam & Latinam, scripserunt Euangelium: ne nunc quidem alijs linguis scribendum est. At verum antecedens. Ergo & consequens.

II. Consequuntur vel probat vel illustrat Lædesima quatuor rationib. Non n. (inquir) immerito tribus his potissimum linguis legem scribi diuinam, Apolloni, & eorum discipuli voluerunt, potius quam alijs. Primo, quod essent vniuersalissimæ, & maxime cōmunes, seq; per plures nationes diffunderent: vt Hebraica per totum ferme Orientem, omnes n. Chaldaice, aut Syriace, hoc est, Hebraicæ, sed corrupte loquebantur. Græca vero per totam Græciam, & Asiam Minorem, olim, ac varias alias prouincias, late patebat. Latina autem, per magnam Europæ partem vagabatur.

III. Præterea, quod hæc merito sunt omnib. præferenda: quum istis tribus conscriptæ sint omnes scientiæ, & omnium disciplinarum & artium libri: & Theologiae, tum Philosophiae, tum Dialecticæ, tum Medicinæ, tum Mathematicarum disciplinarum, tum aliarum omnium diuinarum & humanarum rerum.

IV. Tertio : quum primum Euangelium alicui prouinciar, vel primis aliquibus populi hominibus, per quos ad alios debet denuari, promulgatur, quod contigit Apostolorum tempore, merito in eorum lingua scribi debuit, quam ipsis intelligerent, quibus primis tradebatur: & in qua religiose traditum configutatum que custodirent, incorruptumque & immutatum ad alios transmitterent.

V. Quarto : quia non carere mysterio videtur , quod his tribus potissimum linguis Spiritus Sanctus voluerit, Vetus & Nouum Testamentum conscribi. Nam , ut diuini consilij causam aliam non reperiamus , tamen quoddam certe potest Sanctæ Trinitatis vestigium , quod sane non est omnino contemnendum.

V I. Hæc de propositione. Sed assumptionem Bellarminus probat: quia cum constet Apostolos per totum orbem terrarum Euangelium prædicasse, & Ecclesiæ constituisse, tamen non scriperunt Euangelia aut Epistolas linguis eorum gentium, quibus prædicabant, sed tantum Hebreice, aut Græce, aut Latine. Nam Hebreice Matthæus, Græce reliqui: Latine Marcus: & de illis, quidem constat: de Marco, probatur ex Damaso in vita Petri, Adriano Fino libr. 6. Flagelli contra Iudaos capit. 80. & Petro Antonio Beutero annotatione 9. ad sacram Scripturam. Baronius Amalium tom. I. ad annum quadragesimum quintum, addit, nescio quos Græcos & Syrios, ex notis Chronicis Genebrardi. Nazianzenum, in carmine de quatuor Euangelijs. Magister Cyprianus Avienius. Ora pro nobis dicitur in 12 versibus, nisi regnus agnoscatur. Xerxes usque ad Indum. Quod si scripsit in gratiam Romanorum, quænam subter causia, ut Græce potius quam Latine scriberet? Pugnat autem duplice ratione. Prima est, quod Marcus dicatur Petri Interpres: eius autem munus sit, ea quæ peregrina lingua dicta sunt eorum lingua reddere, quorum gratia id munus subit. Altera: quia prudens lector, Græcoq; doctus, facile intelliget Marcum scripsisse Latine: nam si Graecum textum exacte disquirat, reperiit in eo esse nonnullas Græcas voces improprias ex Latino originali in Græcum semiliante translatas: hasq; pollicetur Guillelmum Sirleturn Cardinalem Bibliothecarium adnotaturum.

VII. Non scripsisse autem Apostolos vllis alijs linguis probatur, primo, quia nullū exstat vestigium vlli scripti Apostolici, nisi Græce: nec aliud vlli testatur, secundo, quia Paulus Romanis sc̄iptis Græce, quibus ea lingua non erat vulgaris: Item Petrus & Iacobus Iudei per orbem dispersi, quib. materna erat lingua eius regionis ubi habitabant: Ioannes Parthis, teste Higino, Augustino, & Ioan. 2.

VIII. Respondeo, utramque partem antecedentis esse falsam. Primo, minorem. Nam neq; certum est Matthæum scripsisse Hebraice: & falsum Matrem Latine. De Matthæo defero ego quidem multum omnino Antiquis testibus, maxime vero Hieronymo, qui sibi visum asserit exemplar Hebraicum. At inde tamen nullum conficitur argumentum necessarium, sed tantum verisimile: Cui cur non opponam veritatem literarum; non fuisse tantam siue Ecclesiæ Vniuersalium, siue etiam Hierosolymitanæ negligentiam, vt eius editionis nullam sit omnino vestigium conservatum, adeo vt nō modo nunc nō

exstet, sed etiam secundo post Christum seculo incognitum fuerit? Nam solus Pantænus, referente Eusebío historiae Ecclesiastice libro quinto capite decimo, dicitur reperisse nescio quod exemplar; & quidem non Hierosolymis, sed in Iudea, vbi omnino asseruari oportuit, sed apud Indos, eo delatum à Bartholomæo.

X I. Addo, si certum fuit id ipsum exemplar suisse Matthæi auctoris, cum saltem postquam est repertum à Pantæno, nemo profus vñus est pro authentico: non ipse quidem Hieronymus, sed soli Hæretici Nazarii; qui illud plenissimum habebant, teste Epiphano: qui tamen non indicat utrum ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~versus~~ <sup>versus</sup> ~~quod~~ <sup>quod</sup> ~~est~~ <sup>est</sup> ~~potius~~ <sup>potius</sup>, an potius versum? Et ab his quidem Hieronymum oportuit petere, qui tamen de eo non satis videtur esse certus. Nam in Matthæi cap. 12. à plenissimo id appellari dicit authenticum: indicatque nonnunquam esse diuersum a nostro.

X. De Marco nullus est omnino Veterum qui meminerit, vel omnino spicatus sit scriptissime Latine. Nazianzenus enim, quem vetustissimum Baroniū nominat, de lingua nihil prorsus agit: tantum asserit scriptissime Aesonij id est, Latinis. At ijsdem Paulum scriptissime quis nescit, & quidem Graecē Author Pontificalis, non Damatus est, sed longe recentior Anastasius Bibliothecarius, sub cuius nomine iam tandem publicatus est. Huius quanta esse debeat authoritas, non potest certius argumentum peri, quam ex ipso loco. Post omnem (inquit) quatuor Euangeliorum fontem, que ad interrogationem, & testimonium eius, hoc est, Petri, firmata sunt, dum alius Latine, alius Graecē, & alius Hebreice consonant; tamen eius testimonio sunt firmata. Quis non miretur hominis infantiam? Quatuor Euangelia dicit, postquam confirmata sunt à Petro, confirmata fuisse à Petro. Dignum virum, qui etiam stipites moueat! Deinde mendacium dixit luculentum: nam quā potuit quatuor Euangelia confirmare, qui tamen mortuus est, ante quam quarum esset compōitus? Itaq; hic testis, cum propter infantiam, tum propter mendacium explodēdus. Finus & Beuter, homines nouissimi temporis, & Papistæ, non sunt digni qui in re tanta, tam antiqua nominentur. Genebrardus lib. 3. Chronologizasserit Syros vniuersos in ea sententia esse: de Graecis prorsus tacer. Vnde habeant non indicat: quasi tantum possideret autoritatem, vt vel solo nomine fidem mereretur.

X I. Mitam vero Latinorum negligentiam , qui tantum suum thesaurum, tam nihil fecerint, vt non tantum eius vestigia nulla reliqua cōseruantur, sed ne quidem vñquam vel leuissimo indicio habeisse sint testati. Nullo enim vñ quam seculo , Euangelium Marci nominarum est Latinum, nisi translatum. Quis credit Græcos, & Syros melius nouisse ? Et quidem si Latini tacerent. Sed contradicunt. Hieronymus p̄fatione in quatuor Euangeliis. De Novo nente loquor Testamento quod Gracum esse, nō dubium est: excepto Apostolo Mattheo, qui primus in Inde Euangelium Christi Hebraicis literis edidit: Augustin. de consensu Euangelistarum lib. i. c. 2. Horum sane quatuor solus Matthaeus Hebraeo scriptissime perhibetur eloquio, ceteri Græco.

XII. Quinetiam viderit Baronius, nam ille dubitat, iste afferit, quomodo non cum antiquis tantum, sed etiam cum suis consentiant. Sextus Senensis Bibliotheca lib. i. diserte Marcum testatur scriptisse Graece. Rogatus (inquit) Romæ à fratribus, iuxta id quod Petrum referente audierat, breve Græco sermone scriptis Euangelium: ita in omnibus conuenientem cum his, quæ paulo ante scripsérat Matthæus, ut eius videretur esse pedissequus & abbreviator. Iacob. Ledehma Iesuita. Constat primo, Apostolis Graece tantum, aut Hebraice Euangelium conscripsisse, sed & paulo post eorum tempore Latinè fuisse conuersum. Stapletonus in Relectione Principiorum Controv. 5. qu. 3. art. 4. Apostoli omnes non nisi Graece scripsérunt. Et post: Apostoli & Euangeliſtæ, solum Graece scripsérunt.

XIII. Facto vero, à Papia, Irenæo, & Hieronymo, Marcum appellari Petri Interpretem. Sed Respondeo Interpretis nomen, non accipi tantum p co, qui ex vna lingua transferat in aliam, sed etiam qui sensum alterius exponit suis verbis, sive in eadem sive in alia. Illis autem verborum interpretib. Apostolos non indiguisse, quia ipsi haberent donum linguarum, ut singulis nationibus loquerentur magnifica Dei facta. Vtiles vero fuisse secundos interpretes, quia non possent Apostoli omnes populos, aut etiam è singulis populis quos liber homines alloqui. Prinde Petri Interpretem Marcum dici potuisse, ob causam quam, quod, ut Sixtus loquitur, Euangelium sive prædicaret, sive scriberet, iuxta id quod Petrum referentem audierat. Qua ratione facile admiserim etiam Titum fuisse Pauli interpretem.

XIV. Viderit Hieronymus, vnde dicerit, quod asserit Epistola 150. quæstione vñdecima, Paulum diuinorum sensuum maiestatem digno non posuisse Græci eloquij explicare sermone, ideoque ei fuisse Titum interpretem. Nam id ego credo ne esse quidem verisimile. Quis enim putet Paulum nescisse Græce, qui totam Græciam peragrat, tot Ecclesiis constituerit? Quis credat auditum Athenis, barbaro sermone orantem? Imo quo ore 14. prioris ad Corinthios gloriaretur, semagis quam ipso loqui linguis? Aut quis in tot eius Epistolis aliquid desideret ad Græci sermonis sinceritatem.

XV. Vedit Baronius: itaque fatetur Apostolos Græcam linguam eadem facilitate, quia Hebreum pronunciasse, nec ea de causa, quenquam eorum indiguisse interprete, sed cum vel in eodem auditorio essent qui cundem sermonem, quo concionantes rterentur, penitus ignorarent: vel difficilia quædam proponerentur, quæ omnes non facile conciperent. Quæ si sunt vera ergo non lequitur, si fuit Marcus interpres Petri, debuisse Latine Euangelium scribere.

XVI. Nam primo: si concionabatur Romæ Petrus; profecto Latino sermone vtebatur: nec Baronius diffitetur. *Qui*s ergo non inepte dicat Marcū ideo Latine scripsisse, quia adstant quidam qui linguam Latinam nescirent: Non n. effet interpretatus, sed eadem potius verba retulisset. Debuerat ergo Grace scribere. Vix n. viii tum Romæ versabantur, qui non vel Latine, vel Graecin tiglerent.

XVII. Secundo, si ob mysteriorum difficultatem Marcus fuit interpres Petri: ergo non sit necessaria conclusio, ut Latine scripsit, sed tantum ut facilius & accommodatius ad populi captum. Deinde nego Euangelium Marci continere mysteria quædam minora aut accommodatoria ad captum vulgi, quæ Petrus ore prædicabat: alias ostendant nolam Pontificij, quænam illa fuerint. Quod si non possunt, tum ne ægre ferat Baronius, si hoc ab Interprete argumentum reiciimus.

X X. Itaque merito negauimus minorem. Sed maior etiam est falsa. Et enim eam oportet niti hoc fundamento: Nulla alia lingua scribendos esse liberos sacros, quam qua vñi sunt Apostoli, & Euangelistæ. At hoc fundamen-  
tum falso est, Nam primo cum *m̄ c̄ r̄ ḡ p̄* nihil a iud sint quam *m̄ c̄ r̄ ḡ p̄*  
*c̄ r̄ q̄ ū p̄*, quemadmodum *m̄ c̄ r̄ ḡ p̄* *r̄ c̄ r̄*: sine dubio quemad-  
modum *v̄ ō l̄* proferti possunt, quæcunque mente concipiuntur: sic omnino  
scribi, quæcunque proferti. Itaque si non tantum Graece & Hebreice, sed etiam Latine, Syriace, Armenice loquuti sunt Apostoli *m̄ c̄ r̄ ḡ p̄* *ḡ ō l̄*, imo  
etiam post apostolos viri Apostolici, atque adeo quicunque Christiani: ergo  
& scribi eadem potuerunt iisdem linguis.

XXI. Sic, et si Vetus Testamentum scriptum esset solum Hebraice, tamen transcriptum est, Chaldaice, Graece & Latine, & laudem meruerunt maximam, qui ei open suos labores impenderunt. Cur non etiam Nouum? Ac sane, si in nullas linguis multiplicari debent omnes libri sacri, praeter eas quibus initio scripti sunt, ne quidem singuli. Nam quæ maior ratio adseriri potest de omnibus, quam de singulis? Itaque, non modo omnes libri non essent vertendi in linguam Gallicam, ut hanc nominem exempli gratia, sed ne Matthæi quidem Euangelium in Graecam aut Latinam: Marci in Graecam aut Hebream: atque ita de reliquis.

XXII. Ino vero, quia constat ex precedentibus Matthæi editionem Hebraicam non certo alieri, Marci Latinam falso. ideo concluderemus, quando nihil in tanto momento aggrediendum sit, nontantum falso fundamento, sed ne dubio quidem, in nullam omnino linguam Euangeliæ fuisse communicanda, præter Græcam originariam. Quod si est ablurdum: ergo maior est *πρόλογος*.

XIII. Atque ad eam confirmandam rationes incepit conquesta sunt. In prima id quod de Hebra:ca dicitur, si intelligatur de Novo Testamento, aut falsum est, aut certe incertum, ut iam docuimus. Si autem de Veteri, tu falsum est eam linguam fuisse vniuersalissimam: quia non egrediebatur terminos populi Israelitici, non ita magni, et numerosissimi. Itaque apparet hoc sibi potius Prophetas proposuit, ut veterentur lingua cognita ei populo, ad quem mittebantur: & ideo non tam alii linguis prælatam, quam ne celstorio vsupatam: quemadmodum in regno Gallie, cum sunt proclama-tiones Regie, adhibetur lingua Gallica: non quod preferatur Græca aut La-tina: sed necessario: quia populus hanc solam intelligat.

XIV. Deinde, si verum est ideo usurpatas fuisse, quia essent vniuersalissimae, & maxime communes: Certum est autem nullas posse dici aut vniuersales, aut communes, nisi cognitas. Nam, exempli gratia, ideo Sclauonica lingua Hosio nulla dicitur lingualatius patere, quod ea vntantur Boemi, Moravi, Cassubi, & Russi, aliique multi populi, coniuentes plus quam Europæ quartam partem. Si hoc, inquam, verum est, ergo usurpatas fuisse concedamus oportet, non quia erant Hebraica, Græca & Latina, sed quia erant cognitæ: scilicet ex ista communi notione, Euangeliū populis annunciantum ea lingua, quam ipsi percipere poslunt. Ac propterea, cum hodie immutata sit ratio, recedendum est procul dubio ab iis linguis, quærendæque aliae, quæ sint cogitæ.

X X V . Secundam rationem miror cuiquam Theologo in mentem venire potuisse. Primo non quaeritur , quænam linguae sint aliis præferendæ : sed quibusnam vtendum sit in publicandis Scripturis. Non sequitur autem , vt , si quæ sint reliquis præferendæ , ideo reliquæ sint reiciendæ , proculque ablegandæ : quod in hoc negotio Papistæ volunt. Itaque suntus fane præferendæ Hebraica , Græca , & Latina : at factum erit abunde earum dignitati , hoc ipso quod deleat & fuerint ab apostolis , hos est , à Spiritu Sancto : Neque quicquam decedet de earum gloria , si communibus utamur . Nam eti nullus hodie Christianarum Ecclesiaturum quod sciām , vultur lingua Hebreæ , tamen illa & habetur & appellatur sancta , propter primum & antiquissimum eius in rebus sacris usum . Sic Græca , eti nusquam usurparet , eo ipso tamen suā dignitatem nucretur , quod esset ab Apostolis usum data.

XVI. Secundo, falsum est tribus iis linguis omnes scientias, disciplinasque, & artes fuisse traditas: Nam Hebraice nulla ars, nulla disciplina, nullæ

scientia, fuit scripta, præter Theologiam. Et si tandem non nihil simile ac  
dit, serio factum est: ac proinde ea cautia esse non potuit, ut eam Moses, an-  
quem nihil fuit scriptum, vñpareret.

X X V I I . Tertio, si omnes linguae in scribendo Euangelio usurpandas sunt, quibus scriptis mandantur artes, scientiae, & disciplinae, tum profeſſores accusandi non sumus, qui hoc priuilegium communicamus aliis praeterea illas. Nam Arabicā lingua iam pridem conceptam fuisse Philosophiam faltem Mathemata, & medicinam, nemo est qui nesciat; Italice, & Gallico omne genus scientias hodie explicari, infinitis libris, omnes vident, qui vident meridie solem. De Germanica, Anglicā, reliquis idem credo alieni posse, ab iis qui eas norunt.

XXVIII. Quarto, Hæc artes, scientiæ, disciplinæ, nullius hic momenti esse possunt: Quia Deus elegit studioriam mundi, sapientiam autem repudiavit. Et Paulus se loquens i. ad Corinthios 2. Neque inquit, oratio mea, & predicatio mea versata est in persuaſoriis humanae sapientiae verbis, sed in demonstratione spiritualis potentia: ne fides vestra conficiat in sapientia hominum, sed in potentia Dei. Sed num irum haec eorum ingenii accommodata ratio est, quia sic paucorum volunt esse mysteriorum factorum cognitionem, quoniam de pauci sunt Medici, pauci Iurisconsulti, pauci Philotophi: et postea inserviunt elati magnifico doctorum Theologiae titulo. Omnes autem hæc pastores id suis ingerunt, quod Paulus olim: *Vos oportuit doctores esse.* ad Hebreos 5.

XXIX. Tertia ratio probat necessitatem utendi linguis illis primis in tradendo Euangelio: sed non probat reliquias excludendas, quae nostra est controversia. Deinde, non illa propria & prima causa est: sed haec potius, quod omnino docendi erant homines: nec doceri poterant nisi lingua cognita. Nam quod primi doctri sunt, id fuit aliquid accidentatum: ut etiam, quod reliqui deinceps posteriores. Tertio, quemadmodum illi priores erant mediis: sic hi priores nobis: & nos etiam priores iis qui nobis succedent. Nec magis primorum fuit religiose custodire, & ad medios incorrupta & immutata religio nisi monumenta transmittere: quam mediorum, ad nos: nostrum etiam ad successores. Itaque, si fuit primis illis tradendum Scripturas idiomate cognito, ergo & mediis, & nobis.

X X X . Postrema ratio est ridicula. Primum non sequitur, In trium linguarum vnu vestigium est aliquid Trinitatis: Ergo iis tantum Euangelium scribi deber: nullum enim viaculum est, quo haec partes connectantur: Non magis certe, quam eorum, qui è septem peccatis mortalibus, concludunt esse septem Sacra menta: aut, si quis è duodecim anni mensibus, contendat debuisse mitti duodecim Apostolos. Nam haec allegoria pro arbitrio cuiusque & inuestigantur, & applicantur: nihil autem habent solidi: nihil Theologici sed dutitaxat grata quadam allusione animum titillant, placentque sola curiositate. Quibus ego quidem concedendam veniam putem in declamationibus ad populum, vbi non magis, nò ratiōne, attenditur, quam nò ratiōne, vel potius ratiōne profusa reiecerim à scriptis seris, dum usurpentur ad illustranda ea quæ vel per se nota sunt, vel iam probata. Sed in Controversiis, nihil esse potest ineptius.

XXXI. Secundo: cur in tribus illis linguis dicatur esse vestigium Trinitatis, intelligere non possum. Nam si ipsum duntaxat numerum attendimus, quod quemadmodum tres sunt personæ, Pater, Filius, & Spiritus: ita tres linguae Hebreica, Graeca & Latina: quid hoc esse potest magis ridiculum? Non enim ipse numerus est Trinitas, hoc est, mysterium illud augustissimum: quod solet eo nomine significari: sed in via essentia tres persona: quod quomodo cuncte sumas, nullum omnino vestigium habet in iis tribus linguis. Omnino non magis quam in Presbytero, Diacono, & Videlis, apud Clementem 2. Constitutionum. Et sane deberent haec omnes fruoles curiositates procul abesse à Christianitate, ne tantum mysterium paulatim corrumptant. Quemadmodum euim quia pingi solent Angeli alati, induerunt omnes ruidiores eam opinionem, ut Angelis credant alas ad Deo re vera datas: & quae circumferuntur Georgii, & Christophori pictura, omnino persuaserunt omnibus Papistis, ante haec tempora, quibus Baronum atque alios paucos inauditi stupidis pudent, ea ipsa hec accidisse in rerum natura, quæ nunc magis nasuti, clamant esse hieroglyphica: sic periculum est, ne symbolica hec Theologia, tam exilia sectans vestigia, tam nudas umbras venditans, nescio quid periuadeat non dignum eo mysterio, quod vix Angeli capiunt: fideles certe, tum apprime honorant, cum se longe impares fatentur.

Cap. IX.

*An Catholica Ecclesia legit Scripturas lingua incognita*

I. **N**Vne ad vsum Catholicae Ecclesie Bellarminus descendit. Contra id quod vniuersa Ecclesia facit disputare, insolentissime infamare est. At vniuersa Ecclesia semper his tantum linguis videlicet, Hebreæ, Græca, & Latina, vfa est in communi & publico vsu Scripturarum, cum tamen iamdudum desierint esse vulgares. Ergo contra eam consuetudinem non est disputandum. Maior probatur autoritate Augustini Epistola 118.

II. Minor probatur, primo ex Augustino de doctrina Christiana, lib. 2. c. 11. dicente ad intelligentiam Scripturarum, esse necessariam cognitionem tantum trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ & Latinae, quia in illis linguis Scriptura legeretur.

III. Secundo, quia nullus antiquus auctor meminerit alio citius translationis: quamvis tum sine dubio essent multæ aliae linguae vulgares: adeo ut annis faltem quadringentis, quibus Ecclesia maxime floruit, non legeremur Scripturæ lingua vulgari.

**IV.** Tertio, quia id quod in vniuersa Ecclesia seruatur, si non possit assignari eius initium, de Apostolica Traditione descendere, & sic semper fuisse merito creditur: quod probatur auctoritate Augustini lib. 4. contra Donatistas, c. 2. 4. & Leonis sermone 2. de ieiunio Pentecostes. At videmus in Italia, Germania, Gallia, Hispania, Graecia, vbi cuncte Catholici sunt, tantu Graeci, & Latini lingue esse ysum in publicâ Scripturarum lectione, nec posse huius rei assignari principium: Ergo si semper fuisse merito creditur

V. Adhac in toto Oriente Hieronymi tempore in publico vsu erat tantu<sup>m</sup> editio Graeca septuaginta interpretum ; per Origenem , Hesychium , Lucianum emendata : videlicet a Constantinopoli ad Antiochiam

## DE CANONIS VERSIONIBVS.

200

Vsiue, Lucianica. Ab Antiochia ad Aegyptum, id est, per totam Syriam, Ori-  
genica: pertotam Aegyptum Hesychiana. Et tamen lingua Graeca non erat  
vulgaris à Constantinopoli ad Antiochiam: & multo minus in Syria & Aegypto.

VI. Nam Galatarum linguam fuisse non Graecam, sed similem Treu-  
rensum linguæ, Hieronymus testatur lib. 2. in Epistola ad Galatas: Pon-  
tum, Cappadociam, Asiam minorem, Phrygiam, Pamphiliam, non habuisse  
eandem vulgarem linguam, sed diuersam, vt alii non intelligerent, pa-  
tet ex Act. 2. In Syria non fuisse linguam Graecam, sed alias longe diuersam,  
testatur Hieronymus in vita Hilarionis, dicens Hilarionem interrogasse  
quendam obsecrum primo Syriace, tum Graece: vt intelligerent Graeci qui  
aderant. Aegypti propriam fuisse linguam testis Athanasius in vita Antonii:  
quem dicit per interpres disputasse cum Philosophis: & Hieronymus, eū  
scripsisse Syriace epistolas, qua postea in linguam Graecam versa sunt.

VII. Lingua Latinæ usum in Africa fuisse inde constat, quod nulla vnu-  
quam mentio est ullius Translationis Punicæ: tum ex variis locis Augu-  
stini, & Cypriani. Non fuisse tamen Latinam linguam omnibus vulgarem,  
Augustinus testatur, qui vocem Salus Punicetria significare docet in expo-  
sitione inchoata ad Romanos: & quosdam Latine, & Punicos quosdam, vt o-  
mnes rusticos Punicos tantum sciueris. In Hispania patet Latinam linguam  
in vnu fuisse ex Isidoro: & Concilio Toletano quarto. Et tamen Latinam  
desiisse esse vulgarem ante annos mille centum, appetit, quia separata fuerit  
ab Imperio Romano, inuidentibus Gotis & Mauris, qui sine dubio nouam  
linguam inuixerunt. In Anglia Beda testatur Latinam fuisse communem  
propter Scripturas: quatuor tamen fuisse linguas vulgares. In Gallia, colligi-  
tur ex Albini Alcuini præceptoris Caroli Magni libro de Diuinis officiis, & ex  
Amalario Treurense: codem modo celebrata fuisse diuina officia. Aut du-  
centis ante Amalarium annis Franci Galliam occuparunt, qui linguam pro-  
ptiam habuerunt, vt constat ex Hieronymo in vita Hilarionis. In Germania  
lectas Latine Scripturas fuisse patet ex Rabano Moguntino, & Ruperto Tui-  
tensi. In Boemia constat Gregorium septimum noluisse permittere vt officia  
lingua Sclauonica celebrarentur. Denique in Italia sine controvërsia vna  
semper Latine lectæ sunt Scripturae. At desiisse usum eius linguae esse vulga-  
rem appetit ex Radenico lib. 2. de gestis Frederici: & Thoma in caput 14.  
prioris ad Corinthios. Ergo constat in vniuersitate Christi Ecclesia semper Scri-  
pturas fuisse lectas, Graeca tantum & Latina lingua: atque hoc argumento  
nihil efficacius.

VIII. Respondeo ad Maiorem: primo reddi incertam ab ipsis aduersarii.  
Nam cum nos libro præcedenti argumentaremur ab vnu antiquo Ecclæ-  
siæ, Sixtus Senensis, sed & Alphonius de Castro lib. 1. contra Hæres c. 13.  
respondebant, multa instituta fuisse in communem Reipublicæ utilitatem,  
quæ cum postea in commodum & periculum afferrent, abrogata fuerint: affe-  
rebatque exempla vigiliarum in Coemeteriis, & porrectæ in fidelium ma-  
nus Eucharistiæ. Cum igitur illi nolint nobis maiorem concedere, quo iure in  
nos eandem torqueant? Id certe fuerit eorum, qui suo commodo omnia me-  
tiuntur: non autem veritate.

IX. Secundo, non esse vniuersaliter veram. Distinguendum enim inter  
instituta perpetua & temporaria. Illa, cum sit ratio per se certa, nunquam esse  
mutanda: Hæc autem varie usurpari pro variis & temporibus, & locis: mo-  
etiam posse abrogari: vt pater exemplo suffocatorum, & sanguinis que ab  
initio interdicta sunt autoritate Concilii Apostolici: & tamen deinceps libe-  
re usurpata. Itaque si argumentum intelligitur de perpetuis, negatur mi-  
nor, vt postea: sin de temporariis, negatur maior.

X. Tertio, vniuersitatæ esse vel ab institutione & præcepto, vel tan-  
tum à consuetudine. Illum esse longe sanctiorem, ac vel nunquam immu-  
tandum, vel tantum si sit in rebus mediis, ob graues necessariasque rationes.  
Hunc vero, cuius incognita origo est: ac propterea etiam ratio, facilius ac-  
commmodari ad præsentes circumstantias. Sic cum olim ob nocturnos cœtus  
Ecclesia luminaribus necessario uteretur, inde paulatim etiam interdiu con-  
seruata sunt, propterea libere irridetur ab Hieronymo. Iam si argumentum  
intelligitur de vnu, qui profluxerit à præcepto, negatur minor. Sin autem de  
consuetudine negatur maior. Nam plerumq; consuetudo vetustas est erroris.

XI. Quarto, vniuersitatæ intelligendum est, non qui in variis  
Ecclesiis varius est: sed qui in omnibus vnu idem est. Et sic Augustinus in-  
tellexit loco citato ex Epist. 118. Verba enim sunt, si quid horum tota per orbem  
frequentat Ecclesia, hoc quin ita faciendum sit, disputare, insolentissimæ & insaniae  
est. Loquebatur autem de variis ritibus. Itaque hoc voluit, vt, si vnum eu-  
demque ritum vbiique obseruatum comperiamus, de eo ne disputeremus. Iam  
ergo si argumentum Bellarminus intelligat, de iis vñibus qui vñiformes fue-  
runt per totum orbem: negatur minor. Nam per se varietas appetit: cum ne-  
gari non possint tres illæ linguae esse variæ. Sin autem de iis, qui non nihil in  
sua varietate habent conforme: vel potius, si vsum Bellarminus, vnum con-  
flat è variis particulis, negatur maior: de qua haecens.

XII. Ad minorem. Primum, is vñus à nullo fuit institutionis præcepto.  
Neque enim vñquam probabant omnes simul Iesuitæ quantumvis suas o-  
peras conferant: aut à Christo, aut ab Apostolis institutum certo præcepto  
fuisse, vt iis linguis vbiique gentium Scripturæ legerentur. Sed inde fluxit,  
quod præsentem usum tum Christus, tum Apostoli amplexarentur: & quia  
non subito: sed paulatim, atque sine sensu lingua mutata sunt, inde factum,  
vt idem usus conseruatus sit. Sic quia ab initio adulti baptizandi varie inter-  
rogabantur, an crederent, an renunciarent Diabolo: remansit idem mos et-  
iam tu, cù nō soli infantes oblati sunt: atque inde nequeunt Papistæ dimou-  
ri: quæ est eorum ῥηγματia risu digna.

XIII. Deinde quæ sit, vt tribus linguis propositis, nominatisque & in  
iis prima Hebreæ, tamen postea in illa ῥηγματικῇ, totus orbis duabus  
tantum tribuitur? Graecæ, videlicet, & Latinæ, Hebreæ autem tanquam  
ἀπληνῇ omititur. Adeo quidem, vt quæ ad eius fortè pertinere videba-  
tur, Syria, cuius Iudæa membrum erat. Graecæ cōcedatur? Et sane in ipsa vnu  
be Hierosolymis, Graecæ institutum fuisse populum constat, saltem ex Cy-  
rilli Catechesibus: & ex Liturgia, quam Iacobi vocant, siue Hierosolymitanam.  
Ledesima etiam afferit Hebreorum linguam non immerito iam  
relegatam esse ad Rabinos, & alios tantum qui literas discunt, legis peritos &  
Doctores. Athoc si factum, ergo argumenti propositio falla est: patet  
que variari posse linguas in Ecclesia pro necessitate præsenti: nec iis neces-

sario hærendum, quæ fuerunt ab initio usurpatæ. Itaque quemadmodum Iudaæ nemo reprehendit inutram esse Hebraicam linguam Graecam: cum  
quum illa antiquata, hæc communis facta est: sic nemo iuste reprehendat  
cos, qui Latinæ vulgarem siue communem aliquam substituerunt, cum La-  
tina facta est incognita.

XIV. Tertio: plurius linguarum diuersitas, quorsum? Nam si nihil  
interesset Scripturam legi lingua incognita, poterat unica satisfacere. Neque  
enim Graecorum magis interest Scripturam nosse, quam Gallorum aut Ger-  
manorum aut Anglorum. Itaque omnibus nationibus sufficere portu-  
nica, puta, Hebreæ. Curigitur Graeca addita: cur Latina? Et quidem di-  
stinctas regionibus: nisi quia Hebreæ aut Graeca apud Latinos nullus esset  
aut non esset vñus commodus: ac ne Latinæ quidem apud Hebreos, & Gra-  
cos? Nos igitur recte negamus linguam quantumvis antiquam aut primam  
retinendam apud eos, quibus non est cognita.

XV. Quarto, minor est falsa. Nego enim his tantum linguis vnam o-  
lim esse Catholicam Ecclesiam. Quia constat multas fuisse Scripturæ ver-  
siones in alias linguis, vt ostendimus: & quidem non recentes, sed intra an-  
nos quadragesimos à Christo: vt Syriam, Goticam, & Dalmaticam. Ita-  
que si primis illis seculis non est ternarius ille numerus obseruatus: cur ei sub-  
iiciamus hodie Christianos?

XVI. Augustinum Bellarminus citauit fide Iesuitica, quasi dicentem  
ad intelligentiam Scripturarum necessariam, esse cognitionem tantum trium  
linguarum: quia in illis Scriptura legeretur. Locus ita se habet, *Contra ignota  
signa propria, magnum remedium est linguarum cognitione. Et Latina quidem lin-  
guæ homines, quos nunc instruendo suscepimus, duabus aliis ad Scripturarum  
divinarum cognitionem habent opus, Hebreæ scilicet & Graeca: vt ad exempla  
præcedentia recuratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpre-  
tum infinita varietas. Tripliiter ergo Bellarminus falsauit. Primo, inde  
proferten, quod Augustinus distinet de Latinis dicit, quos instruendo su-  
cepit: secundo exclusuam particulam addens, quam Augustinus non  
habet. Tertio, pro recursu ad præcedentia exemplaria, substatuunt lectio-  
nem: Nam hoc de lectione falso, siue, quia alii etiam linguis locus esse  
sunt quod, neis quidem tribus lectio fieret publica, videtur enim deesse  
lingua Hebraica. Illud vero semper verum est: nam eti si nusquam genium  
Scriptura publice legeretur Hebraice, & Graece: tamen Hebraica & Graeca  
exemplaria erunt præcedentia: nimis quia ab his manat oportet alias o-  
munes versiones.*

XVII. Quod si Graecos homines instruendo suscepisserit, tum ille pro-  
fecto dixisset, si lingua hominibus necessariam esse tantum linguam He-  
braicam: quia videlicet ab ea sola translatas habeant Scripturas. At hodie  
Iesuitæ, si de Gallica sua editione loquantur, non iam vna, non duabus tan-  
tum suis hominibus opus esse dicent: sed tribus. Nimis quia huius  
editio illa Gallica à Latina: hæc autem partim à Graeca, vt in Nouo Testa-  
mento, & in Apocryphis: partim ab Hebreæ in reliquo Veteri Testa-  
mento. Imo etiam in Psalmis, & Job, & Proverbiorum, à Graeca, quæ ipsa ab  
Hebreæ. Nos vero, iisdem verbis vni possemus cum Augustino: qui editione  
vtimur Gallica, ex ipsis hausta fontibus, adeo vt Latina facile carere pos-  
simus. Nec tamen adeo desipimus, vt negemus aliam villam Bibliorum editio-  
nem, exstantem Hebraeam, Graecam & Gallicam.

XVIII. Quinto, linguis distinguo, in vulgares & communes. Vulga-  
rem intelligo, quæ alicui genti naturalis & materna, atque in vnu cuiuslibet  
populo, concluditur eius gentis terminis, nec vñterius porrigitur. Communes  
autem, quæ sic sunt vni genti vulgares, vt tamen latius pateant, porrigan-  
que ad diuersas prouincias, & regiones. Exempli gratia, vulgares lingue sunt,  
Delphinatum, Provincialium, Occitanorum, Vianiarium, Arvernorum,  
Lugdunensem, Vasconum, Sabaudorum, Burgundorum, Lotharingorum  
Vallorum, eorum etiam, qui ditione Bernensi dicuntur Romane loqui. Sed  
lingua Francica, eti si paucis sit vernacula, tamē per eos omnes nominatos po-  
pulos longe lateque vagatur, eti si non pauci omnino sint extra ditionem no-  
tri Regis, nec numerantur inter Francos. Quæ causa est, vt in iis omnibus,  
quæcumque Papa discesserunt Ecclesias, nostra Francica editione vtantur,  
nimis quia id idioma tam norunt, quam suum: eti si eodem vtantur in  
loquendo valde pauci: hoc est, honestiores tantum.

XIX. Hoc ita constituto, dico linguam Graecam aut Latinam nu-  
quam gentium usurpatam olim fuisse in legendis Scripturis, vbi non esset aut  
vulgaris, aut saltem communis, proindeque cognita. Postrema autem secula,  
non est quod valde curemus: quibus omnia paulatim in deterius vterentur:  
vt Lindanus agnoscit annotationibus ad Liturgiam Peiri. In eo vero peccat  
illa ῥηγματική, quia nobis vniuersaliter Prouinciaz oculis subiiciuntur, q; sumit  
lingua Graecā & Romanā nō fuisse vbiq; vulgares: quod & nō negat fanus  
& Bellarminus probando sudat satis otiosus: cum nos de ignorantia contendamus,  
neque enim linguas odimus Graecas aut Latinas, quia Graecæ sunt aut  
Latinæ: led earum ab Ecclesia vsum publicum exulare volumus, postquam  
factæ sunt plebi: incognitæ qui olim adeo erant vel vernacula vel communes,  
vt Scripturas ita lectas intelligenterent nō tantū docti: sed etiam quilibet plebe.

X. De Graeca, habeo Papistarum testimonia: Richeomi Iesuitæ c. 32.  
libri 4. de Misla aduersus Pleſſam, eam communem appellantis totius O-  
rientis & Occidentis, cum propter Graecorum Imperium, quod per vniuersal-  
em orbem propemodum extendebat, tum propter libros Philosophicos  
Poeticos, & Historicos. Iacobi Ledesime etiam Iesuitæ, cuius argumentum  
præcedenti relatum est afferit Graecam linguam, per totam Graeciam, &  
Asiam minorem olim, ac varias alias prouincias late patuisse. Deniq; Juli  
Cæsaris Bulengeri contra Pleſſam lib. 2. c. 5. qui ciuilem lingue vsum in Per-  
sia agnoscit, iam Crassi tempore, teste Plutarcho: totamque Graeciam,  
Thraciam, Syriam, Armeniam, Aegyptum, Phrygiam, Asiam minorem, Gre-  
ce locutas esse. His ergo iudicibus causam obtinemus, nec nobis postquam  
Iesitus sit Bellarminus, suorum suffragiis inferior.

XI. Sed possumus nos etiam vti ῥηγματικῇ, omnesque prouincias lu-  
strare, atque oculis Bellarmini subiicere, vt volupたtem voluptae compen-  
semus. Ergo à Constantinopoli ad Antiochiam vñque numerantur Pontus, &  
Bithynia, Gallatia, Asia minor, Caria, Lycia, Lydia, Pamphylia, Cappadocia,  
Cilicia, Phrygia. Ex his, gratis, opinor, concedit Cariam, Lyciam, Lydiam,  
Ciliciam: sed & insulas Rhodum, Cyprum, Lesbon, Cretam, atque alias, cum  
eas nullo loco nominet. De reliquis ergo dicendum.

XXII. Vt

**XXII.** Vt argumentis duobus certissimis. Prius est sumptum à nominibus propriis, quæ imposita reperiuntur tum locis, tum fluminibus, tum hominibus. Nam, si ea Græca sunt, quid causæ est, quo minus eam linguam concludamus in vsu faire? Non enim in Germania esse solent nomina Hispaniæ: aut in Hispania Germanica. Sic singulæ nationes de suo suis nominis rebus accommodant. Imo vero etiam exteri huic se consuetudini subiiciunt: sic in Gallia habemus Augustodunum, Iuliodunum, Caisiodunum, à Romanis ducta nomina, forma tamen non Romana. Hinc factum, vt Buchananus in Annalibus Scoticis, Scotorum Gallorumque antiquam cognationem recte se probare putauerit, ex oppidorū, fluviorū, regionum nominibus.

Petraceae, Epiphania, Nicopolis, Heraclea, Sebaste, atque ana.

XXIV. Fluuiorum in Bithynia Parthenius, οὐδὲ κανεὶς ἀπῆρεν φύσις αὐτοῖς, τὸ δὲ τέλος τοῦ θεραπευτικοῦ, inquit Strabo, id nominis adeptus, ex eo quod per floridos campos feratur. In Pamphylia Eurymedon, & Cataractes, quia se precipitat ita dictus, inquit Melas libri i. c. 14. In Asia Minore, Sacrilegi certaminis factum, & audaces in Deum tibias testatur non procul cum fonte vallis, quia euentum gesta rei signat, & ab Apamea decem millibus passuum separata, Autocrene usque adhuc dicitur. Verba Solini c. 53. Et haec à parte qua dies medius est, annis Paetolus, quem aurato flore incitum, aliter γεννοεῖται vocant. In Cappadocia & Pamphylia Melas.

XXV. Viros si diligenter colligam, vix numerum assequar. Philetærus ex Tæio, princeps Attalicorum regum. Cephalo Gergetius, Neoptolemus Parienis cognomino glosographus. Lampraceni, Charon, Adimantus, Metrodorus. Simopenses, Diogenes, Timotheus, Diphilus. Amyseni, Demetrius, Dionysiodorus. Ex Seleucia & Pompeiopoli Ciliciae, Athenaeus, Xenarchus, Chrysippus, Philemon.

**XXVI.** Quæ omnia locorum, fluiorum, virorum nomina, ipsa originis etymologia, prorsus Græca sunt. Nam ea consitulo omisi, quorum flexionis analogiam constat esse Græcam: tum quod eorum iniri non possit numerus tum quod obiici possit ea Græcos autores, à quibus ad nos deuenierunt, de industria inflexibile. Et illa mihi sufficiunt.

**X X V I I .** Secundum argumentum, est ex usu linguae Graecæ in docendo religione Christiana. Nam si plebem aliquentes Episcopi reliquie doctores, usi sunt lingua mere Graeca, tunc necesse est ipsam plebem Graecæ intellectu xisse. Fatentur enim aduersarii, concessionum lingua vulgo cognita: nisi forte hunc morem induci etiam velint, ut spectentur conciones, æque cum Missæ Sacrificio, & theatricalibus ludis. Sed & Lædæsimæ primis saltem concessit Eu- angelium merito eorum lingua scriptum. Iam vero non tantum scripserunt Graecæ, Paulus ad Galatas, & Ephelios, Ioannes ad Smyrnenses, Sardenses, Philadelphenses, Pergamenses: Ignatius ad Magnesianos; atque alios: sed etiam concionati sunt apud Antiochenos Chrysostomus, Cesarenses Basilius, Alexandrinos Athanasius, Seleucenses alter Basilius, Chrysostomi familiares si Photio credimus: Hierosolymitanos Cyryllus, Alexandrinos alter Cy- rillus: ut alios tacem infinitos. Constat igitur per totam Asiam, hot est, à Constantinopoli ad Antiochiam usque, communem fuisse linguaam Graecam: id est, vulgo cognitam, et non vulgarem: ac proinde potuisse absque ullo plebis dispendio Sacras literas Graecæ legi in publicis cœribus.

**XXVIII.** Delingua Latina non est difficilium negotium. Nam primo Plutarchus in quæst. Platonicis, quæst. vltima dicitur, inquit, *τὸν Παυλὸν λίγον, ὃς πλὴν λόγων τε καὶ ποιῶν γένεται*. Videtur de Romanis loqui, quorū sermone nunc aque omnes homines utuntur. Significans tam late patere Romanam lingua, quam Imperium. Quod Augustinus etiam notauit c. 7. lib. 19. de Ciuitate Dei. *Opera data est, (inquit) ut imperiosa ciuitas non solum ingum, verum etiam linguam suam domitis gentiis per speciem sociatis (hanc enim probo Lipsii emendationem) imponeret, per quam non deesset, immo abundaret interpretum copia.*

**XXIX.** Sed in occidente maxime, qui tandem dictus est orbis Latinus; & ob religionem, Ecclesia Latina: Græcis pertinacius suam linguam terinentibus. Vnde Viues annotatione in eum Augustini locum. *Curabant ergo Romanii, ut in Provinciis plurimi Latine loquerentur, ita ut Hispanias, & Gallias, Latinas prorsus fecerint, veteribus illarum gentium linguis abolitis.* Sed & ante eū Laurentius Valla præfatione in Elegantias. *Noſtri (inquit) per totum pene Occidentem, per Septentrionis, per Africæ non exiguum partem, breui ſpatio linguam Romanam celebrem & quaſi reginam effecerunt, & poſt, Hortabantur prouinciales omnes, ut cum Romæ, tum in Provincia Romane loqui conſuecerent.* Tandem exultans, *Noſtra eſt Italia: noſtra Gallia, noſtra Hispania, Germania, Pannonia, Dalmatia, Illyricum, multaque alia nationes.* Deniq; Iulius Cæſar Bulegerus contra Pileſæum negat Hispanis, Hungaris, Afris, Gallis aliam fuſile linguam, quam Latinam. Et fane rei plena probatio eft, si quis eas linguas, quæ ſunt in vſu hodierno, Gallorum, atq; Italorum comparēt cum Latina, ſi ſolam flexionem excipient. Imo vero Itala, ipſa etiam flexione non valde diſſeruent. Sed & Hispanica, cum flexione non sit alieniſſima: tum etiam vo-

**XXX.** Quod ad Gallias attinet. Strabo libro 4. de iis regionibus, quibus Cauarum nomen erat inditum, negat accolas esse Barbaros censendos μετὰ κειρόμενος τὸ πλάνεον εἰς τὸν τῶν Ρωμαίων ἐπον καὶ τὴν γλώσσην τοῖς διανοούσι, πνεύματι καὶ τῷ πολιτεῖα; mutatos iam magnâ parte informâ Romanâ, cum lingua, tum vita etiam.

cherio enim tribuit Baronius tom. 1. ad annum trigesimum primitum, veris  
milius mea sententia, quam Cæsario Arelateni Bellarminus lib. i. c. 9. de Am-  
missione gratiæ Euchetii, inquam, Homilia ad populum Lugdunensem et  
leganter Latinæ. Illæ videlicet, qua hactenus lectæ sunt sub nomine Eusebi  
Emiliensis, in lucemq; primo emissa per Ioannem Gagnæum Parisinum Theo-  
logum, Sulpitius Seuerus in vita B. Martini, testatur lecto versu Ps. 8. clam o-  
rem populi sublatum fuisse, aduersus eos qui Martini ordinationi resistebant.  
Nimirum populus eius loci ut auribus sonum, ita mente sensum percepere  
Nam hodie certe, apud Papistas ex lectione linguae Latinæ, nullum omnino  
motum videoas: nimirum tuba sonum incertum emittente.

XXXI. De Hispania præter illam lingue germanitatem, quam diximus, Strabo lib. 3. testimonium dicit illustre. Ἡ γένεται δὲ διαφορά εἰ τὸ μέσην  
καὶ τὸ πολὺ τὸ σταθερόν, καὶ λόγω τοις Τερδοταῖσι, καὶ τοῖς Κελτικοῖς οὐδὲ τοῖς Σενι-  
τοῖς, ὡς εἴπερ Πολύβιος διὰ τὴν οὐρανούν, αὐτοῖς φύεται τὸ κα-  
μπονδόν. Οἱ μὲν τοις Τερδοταῖσι, εἴ τι μάλιστοι τοῖς Βασίν, πελεγεῖσι, τοις Ρε-  
ματισταῖσι τετραγενεῖσι δὲ τοῖς Αζελέταις τοῖς οφετέογετοι μειωναῖσιν. Διπτονο-  
τοι τοῦτοι γέγονται, οὐ πετρίτεις οὐδὲ φασὶ Ρωμαῖούς αὐτοὺς μηκὺ απέχει τὸ πά-  
νερ εἶναι ρωμαῖοι. Turditanis ad felicitatem regionis vita etiam civilitas, &  
mansuetudo accedit, quod & Celticis ob vicinitatem cognationemque contingere  
Polybius scribit, minus tamen his, cum fere vicinum habitet Turditanum autem,  
maxime qui ad Basin sunt, plane Romanos mores assumferunt, ne sermones quidē  
vernaculi memores, ac plerique facti sunt Latini, & colonos acceperunt Romanos  
parumque abest quin omnino Romani sint facti.

**XXXI.** Ex Africa, autores habemus, nobilissimos, Tertullianum, Cyprianum, Augustinum: qui omnes in Africa nati, in Africa vixerunt, Afis vel scripsierunt, vel concionati sunt. Tertullianus suum de Pallio librum, nonne in Africanorum gratiam, apud quos id vestimenti in scumba abierat, ut Christianos appellarent *zeus in huc*, Graecos impostores? Et quos ex eodem libello constat à Romanis togam mutuatos esse, neget aliquis lingua? Quid q̄ idē ad vxorē scripsit, non Africe, sed Latine? ad mulieres de habitu, ad feminas de cultu, ad virgines de velo? Et quidem, ut notes, non quemadmodū docti solent de quibuslibet rebus in musæo cōmentari, quæ postea nō docti legant, paucique: sed ad eas ipsas directo sermone, ut in eorum gratiam scripta Iicias. *Ancilla*, inquit, *Dei viui, conserua, & sorores meæ, quo iure deputor vobiscum, postremissim omnium, qui de meo iure conscriutii & fraternitatis audeo ad vos verba ista facere, non utique affectioni procurans in causa vestra salutis.* Cyprianus quoties scripsit ad Clerū, quoties ad Martyras, quoties ad plebem? Scripsit a. non Latine tantum, sed eleganter, Hæc Carthaginæ, Africæ Metropoli, vbi orabat etiam Apuleius Latine, quam poterat eloquentissime. Et, *Quis vestrum (clamabat i. Floridorum) unum mihi soleris nū ignouerit? Quis vel unam syllabam barbare pronunciatam donauerit? Quis incondita, & viscosa verba temere, quasi delirantibus oborientia, permiserit blaterare?*

**XXXIII.** Augustinus suos Hipponentes non docebat nisi Latine. Extatā infiniti eius tractatus & sermones, quos ēt ad infimorū hominū captū accommodabat: quo fructu, si Latine loquentē, aut nemo, aut soli docti essent assequuti? Nam apud imperitos perinde est siue eloquenterdicas, siue putide. Docti autem amant eloquentiam: & sordibus offenduntur. Ille vero ita se demittebat, vt crederet doctorem pietatis imperitis loquentem debere ossum potius quam os dicere, ybi Africā aures de coīceptione vocalium vei productione non iudicant. **Qui** locus ē 4. de Doctrina Christiana notatu dignus est. Significat sic apud Afros tum fuisse vulgo cognitam linguam Latinam, vt hodie apud nostros plebeios linguam Francicam: sc. vt verborū sensus intelligatur: at verborū deliciæ in accentibus & temporibus nō percipiāntur. **Quid** a. nostros plebeios dico? Imo, quomodo apud doctos hodie lingua Latina. Nā cū omnes facile sciānt, quid distet os ossis ab ore, quis est tamen qui si pronunciet, Confregisti os mihi, vel islud Plaut. Amphitryone, Exossum os esse oportet, vt ex ipso sono distinguat vitrum dixerit? Inuit n. Augustinus Latinas aures satis discreuisse os oris, ab os, ossis. Nimirū quia etiā vtrinque syllaba effet longa, tamen in os, vnde ossis, vocalis erat breuis: at in altero longa, & pronuncianda quasi os, dupliciti non tono, vt in os, sed tēpore, vt os. Quale discrimen Franci obseruant in Touche pro luco, & touche pro tactione: in gos ſte gustat, & goutte gutta in peſcheurs pifcatores, & peſcheurs peccatores.

*XXXI V.* Sed non est necesse cōiecturas sectari: cum habeamus locum  
tissimum eiusdem testimoniū lib. i Retractatio. c. 20. *Volens* (inquit) causam  
Donatistarū ad ipsius humilim⁹ vulgi, & omnino imperitorum atq; idiotarū no-  
tiām peruenire, & eorum quantum fieri posset per nos in hanc rememorā , Psalm⁹.  
qui eis caneretur per Latinas literas feci. Et paulo post, Ideo a. nō aliquo carmi-  
nis genere id fieri volui, ne me necessitas metrica ad ali⁹ verba qua minus sunt v-  
sita statuta cōpelleret. Hic mihi tria nota. Primū, ab Augustino Psalmū esse cōpositū  
in gratiā quorūcunq; imperitorū: secundū cōpositū ēst vocibus vītatis limis  
vitatis minus vītatis: tertium, Latinis literis. Hinc vero quis non concludat  
ipsis etiam imperitis hominibus in Africa voces literāl⁹ que, id est, sermonem  
Latinum, fuisse vītatum, fuisse itaque cognitum?

**XXXV.** Nā q̄ cōtra Bellatīn. citat ex inchoāta expositione ad Romanos, partim frusta: citat partim falso. Frustra quia nō sequitur ignaros fuisse Latinī sermonis Pēnos etli Saulus aliud Punice significaret, aliud Latine: sed tātūa liā esse lingua Punicā, aliā Latinā: q̄ nos minime negaremus, etiāsi hoc nū-  
quā scripsisset Augustinus. Falso: quia nunquā dixit Augustinus, omnes pene  
rusticos scissile tantum Punice. Contra vero ferm. 24. de Verbis Apostoli, *Pu-  
nicum* (inquit) *Prouerbium est antiquum, quod quidem Latine vobis dicam,*  
*quia Punice non omnes nostis.* Ex his verbis quis non eliciat Hipponenſibus  
magis cogitaram fuisse linguam Latinam, quam Punicam? Saltem hoc obti-  
nemus: sic ut, etli Punice non omnes norant, Panica tamen lingua non erat  
nō vulgaris: sic, etli Latine nō omnes scierūt, nō fuissent Latini nō cōmuni-

no vulgaris; nec enim Latine no omnes scirent, non tunc tamē Latinā nō cōmūnē.  
XXXVI. Venio ad Germaniam. Hic primum falso citatur Rabanus; nam  
ille non agit de lingua Latina: sed tantum de nocturnis vigiliis, quas agere fe-  
rebat, à neficio quibus, quos *vniuersitatis* appellat, contemni. Has ergo vigilias  
dicebat ab vniuersa Ecclesiā seruari: quod omnino falsum est de lingua La-  
tina, quæ apud Græcos vix audiebatur. Secundo, cognitam fuisse in Germa-  
nia linguam Latinam, probò ex codem Rabano, qui libro i. c. 33. testatur ad  
*omnem sacerdotis orationem seu benedictionem populum fidelium*, respondere  
Amen: quod iam pridem fieri desit, cum proflus ignorari cœperit lingua La-  
tina. & lib. 3. c. 30. Quamvis in bonis doctoribus, tanta docendi, cura sit, vel esse  
debeat, ut verbū quod nimis obscurum sit vel ambiguum, Latinum esse non possit.

vulgi autem more sic dicatur ut ambiguitas obscuritasque vitetur: non sic dicatur ut à doctis, sed potius ut ab indoctis dici solet. Quid enim potest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis, cum loquendi omnino nulla sit causa, si qua loquimur non intelligunt, propter quos ut intelligent, loquimur? Quæ ab Augustino mutuata, significant aliter quidem doctos, aliter imperitos; sed tamen utrosque Latine esse loquutos; vel saltem Latine loquentem intellectisse: & eum qui in Ecclesia doceat, sic loqui debere, ut loquitur vulgus.

**X X V I I .** Restant Angli: in quibus Bedam Bellarminus corrupit, mo-  
re lefuitico, cum eum dicit testatum suo tempore illis fuisse quatuor linguae  
vulgares: tamen Latinam communem omnibus propter Scripturas. Ille po-  
tius ita scriptis lib. 1. historiæ c. 1. Hæc Anglia in præsenti iuxta numerum quibus  
lex diuina scripta est, quinque gentium linguis unam eandemque summa veri-  
tatis & vera sublimitatis scientiam scrutatur & constiterit, Anglorum videlicet,  
Britonum, Scotorum, Pictorum & Latinorum, quæ meditatione Scripturarum  
ceteris facta est communis. Quibus non quatuor, sed quinque vulgares lin-  
guas significat Beda: ut essent in Anglia nonnulli qui vulgo Latine loqueren-  
tur: sed hanc Latinam factam esse communem, hoc est, ab iis etiam cognita-  
tam, quibus non esset vulgaris. Porto non solam Latinam editionem Scrip-  
turarum usurpatam fuisse, sed & alias. Nam illud Scrutari & confiteri veri-  
tatem, refertur non ad solam Latinam, sed æque ad quinque linguas, eti-  
communior fucrit vsus Latinae.

## C A P. X.

An lingua vulgaris præiudicet unitati Ecclesie.

**I.** Nam vero Bellarminus argumentatur à rationibus, primumque ab uni-  
tate Ecclesie, conuenire enim omnino ad unitatem illam conseruandam,  
vt publicus vsus Scripturarum sit in aliqua lingua communissima: alias tol-  
li communicationem Ecclesiastum. Sic dispono per partes: Scripturæ publi-  
ce legendæ sunt in aliqua lingua communissima. At nulla lingua vulgaris est  
communissima, sed tantum Latina. Ergo Scripturæ publice legendæ sunt in  
nulla lingua vulgaris, sed tantum in Latina. Major probatur, quia nisi sic le-  
gantur, non possit unitas Ecclesie conseruari. Ratio: quia tolleretur communi-  
cacio. Nempe quia primo Ecclesiæ nemo frequentaret, nisi in sua patria:  
secundo, non possent fieri vlla generalia Concilia, cum non omnes Patres  
habeant donum linguarum. Probatur rursus ab experientia: Nam Apostoli  
omnia fere Græci scriperunt, quod esset lingua Græca communissima, teste  
Cicerone pro Archia, post autem, quia, crescente imperio Romano, ea lingua  
desuit in Occidente, cœpitque Latina esse communis, saltem apud eruditos  
intota Italia, Gallia, Hispania, Africa, aliisque regionibus, tum Scripturæ  
translate sunt in lingua Latinam.

**II.** Respondeo: & dico, primum, usum Scripturarum in hac tota con-  
trouersia intelligendum qui in singulis cœtibus Ecclesiasticis ad plebem do-  
cendam vigere debet. Secundo, distinguo lingua communissimam, vt in-  
telligatur, vei una apud omnes Christianos, ubique terrarum, vel pro variis  
locis varia, nimis, ut ad hunc usum eligantur ea linguae, quas experien-  
tia docebit longissime patere. Tertio, communem lingua pono appellari  
eam, quæ non a patribus quibusdam magno studio atque in scholis discutitur,  
sed eam quæ vulgo intelligitur ab iis, quorum tamen varia sunt idiomata.

**III.** His ita constitutis, si linguam communissimam Bellarminus intel-  
ligit secundo modo, negatur minor. Falsum est enim nullam lingua vulgaris  
esse communissimam. Nam & olim linguae Græca & Latina, erant com-  
muniissimæ, illa per totum Orientem, hæc per totum Occidentem, quæ tamen  
suis locis erant vulgares, illa in Græcia, hæc in Latio. Et deinceps Germanica,  
Polonica, Italica, Hispanica latissime patent. Dalmatica vtuntur Mosco-  
vites, Bohemi, Croati, & Sclauones, teste Joanne Fabro Episcopo Viennensi  
libello de Molcoitarum Religione. Boderianus prefatione in Nouum Testa-  
mentum Syriacum ad Regem Franciæ, Arabicam dicit solam diffundi per  
totam Africam, demptis Nubianis, totamque fere Asiam, à mari nostri li-  
toribus per Antipodas usque ad plagam illam, quæ est in parte Occidentalí  
nostrí Hémisphærii: atque in Europa, Græciam, Macedoniam, Thraciam,  
Daciam, Zagyges, Seruam, & Bosniam: vt nullæ sit hodie lingua, nec ul-  
quam olim fuerit, quæ in tot orbis partibus locum habuerit. Nostra Francica  
communicat se non tantum omnibus prouinciis pertinentibus ad Regnum  
Gallie amplissimum, sed multis etiam extra eam ditionem regionibus, Sa-  
baudiæ, Burgundia, Lotharingia, non exiguæ parti agri Bernensis: Valloni-  
bus: sic enim hodie populos quosdam vocant in Belgio: sed & insulis qui-  
busdam ex Anglicana ditione.

**IV.** Deinde falsum est lingua Latinam esse communissimam. Est enim  
incognita in Græcia vix paucis doctioribus exceptis, quos tamen ipsos o-  
portuit in Italiam nauigare eam ob causam. De Asia non est, puto, necesse  
admonere. Est tamen tum in Græcia, tum in Asia Christianorum numerus  
infinitus: non satis quidem Orthodoxorum, fateor, sed Christianorum tam-  
en, ob eamque rem non negligendorum. In Occidente, cum nullibi loco-  
rum iam pridem sit vulgaris, tum nusquam communis est. Regnat enim in  
scholis duntaxat inter paucissimos eruditos, quorum vix ex toto orbe nu-  
merum colligas tantum, vt æquare possis iis quos vnicam complectitur è vul-  
garibus, vel minime omnium celebris. His autem tam paucis animabus  
quis credit Euangelium communicandum solis?

**V.** Quod si priori modo lingua communissimam Bellarminus intelli-  
git, nego etiam maiorem. Quia si id consultissimum esset Ecclesiæ, ergo ali-  
quando factum esset. Nunquam autem factum, ut una communissima lin-  
gua apud omnes Christianos Scriptura legeretur: sed vel variis, vt Hebraica  
Græca, & Latina, cum longe lateque promulgari debuit Euangelium; vel ante id tempus vnicam tantum, eaque vulgari, nempe Hebraica, tum cum sola  
Iudæa pertinebat ad Ecclesiam.

**VI.** In probationibus, primo falsum est, non posse conseruari unitatem  
Ecclesiæ, linguis variis locus detur. Quid enim, nunquam consenserunt  
Ecclesiæ Græca & Latina? Imo diutissime. Neque vñquam scissæ sunt ob  
idiomatis diuersitatem, sed ob rerum discrepantiam: maxime autem ob E-

piscopi Romani Tyrannidem, quæ illis omnem spem reconciliationis ab se-  
dit. Quinetiam Ireneus lib. 3. c. 4. Hanc fidem (inquit) qui sine literis crea-  
derunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt: quantum autem ad senten-  
tiam, per quam sapientissimi sunt, & placent Deo, conuertentes in omni infante  
& castitate, & sapientia. Quibus si aliquis annunciascerit ea quæ ab hereticiis  
adiuventia sunt proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures loro-  
go longius fugient. Hæc Ireneus: unde constat Barbaros illos, etiæ sua lingua  
didicissent, docerent etiam mysteria fidei, tamen separatos fuisse ab hereti-  
cis: vñtos ergo Catholicis. Quis igitur afferat linguis vulgares officere  
in Ecclesiæ?

**VII.** Et sane nihil est in linguarum vsu vario maioris momenti quod atti-  
net ad Scripturæ lectionem, quam quod ad conciones. Quæ enim, quæ  
ratio efficere possit, ut, cum conciones quotidie habeantur in Hispania His-  
panice, in Gallia Gallice, in Italia Italice, in Germania Germanice; non scin-  
datur eorum populorum unitas: & tamen scindatur, si totidem linguis è pol-  
pito recitetur Scripturam contextus? Deinde in variis linguis, quæ pen-  
culum maius esse potest, quam in variis ritibus? Nam varius titus variis locis  
obseruari, nemo negat, nemo clamet esse incommodum. Apud Papistas alia  
est Liturgia sive Missa Mediolaenfis, quam Ambrosianam vocant, alia Gre-  
goriana: & multis aliis in rebus singulæ dicecses suam habent nescio qui d.  
sua festa, suos sanctos. Infinitum fit omnia persequi.

**VIII.** Secundo, ex linguis diuersitate, tolli omnem Ecclesiæ communi-  
cationem: & extra rem, & falsum est. Extra rem, quia Ecclesiastum communi-  
cationem consistit in publica lectione Scripturæ, sed tantum singularum ple-  
bium instructio. Et cum hæc controuersia agitur, tum queritur, non quæ  
ratio optima iniiri possit, qua omnes totius orbis Ecclesiæ mutuo suas res, sua  
negotia communicent, sed quid singulis singulorum locorum Ecclesiæ do-  
cendis sit consultissimum. Nec potest vtrumque hoc caput vna eademque  
ratione expediri: eodem modo communicari res Gallicæ, Græcis populis,  
& tum Galli, tum Græci doceri. Quæ igitur sunt adeo natura distincta, imo  
vero separata, ea confundi non debent.

**IX.** Est tamen falsum: quia aliae sunt eius communicationis rationes,  
quas non tollit Scripturam lectione vernacula. Sic, quanquam Græci Græce  
Scripturas legerent, non Latine, res tamen suas communicabant Italies & Gal-  
lis, qui easdem Latine legebant, non Græce. Habemus enim adhuc literas,  
exempli gratia, Basilius ad Italos & Gallos. Et Lugdunensis Viennensisque  
Ecclesiæ, ad Orientales. Nimis, quia Ecclesiastum communicatio non  
per ipsam plebem, sed sit per viros præcipios, quibus linguae sunt cognite.

**X.** At nemo (inquit Bellarminus) frequentabit Ecclesiæ, nisi in sua pa-  
tria. Quid tum, inquam? Neque enim in eo sita est Ecclesiastum communica-  
tio, vt dixi. Eriniquum est, si quis statuat, vt propter Latinos Latine legantur  
Scripturæ in Græcia: non minus sane, quam si propter Germanicos Ger-  
manice, aut Gallos Gallice. Est, inquam, iniquum propter pauculos peregrinos,  
vniuersos vnius prouinciæ, vnius regni, imo multarum prouinciarum, mul-  
torum regnorum fraudare intelligentia Sacra Scripturæ. Et libenter queram  
à Papistis, vtrum propter eos Alexandrina Ecclesiæ legatos, quorum fabu-  
lam (est enim vere fabula, vt docet Georgius Doula in Itinerario) tanta  
pompa Baronius insertam voluit annualium tuorum tomo sexto, Romæ im-  
mutata sit consuetudo legendi Scripturam Latine, accommodataque ad eo-  
rum legatorum captum. Idem de Ruthenis quæro, quos idem tomo septimo  
narrat Roman venisse anno proxime claphi seculi nonagesimo quinto. I-  
dem denique de Persis, quos rumor est aduenisse anno huius secundo,  
vel tertio. Nam si non perit, imo potius, si redintegrata est horum omnium  
vnio cum Episcopo Romano (quod tamen ii tantum credunt qui lolio vi-  
ctitant) qua fronte nobis ille nunc obiicit, linguarum varierat Ecclesiæ  
dirimendis vtilem?

**XI.** Quanquam miror hoc arguimento aliquem vti est grege Papistarum.  
Enimvero, quæ causa erit, vt nemo siue doctus, siue imperitus frequenter  
cœtus Ecclesiasticos nisi in Patria? An quia non intelligit ea quæ legentur?  
Atqui ipsorum Papistarum praxis contra est. Nam apud eos Ecclesiæ infiniti  
frequentant, quibus tam nota est Latina lingua, quam Armenica, aut si quæ  
est magis Barbara.

**XII.** Concilia, cœtus sunt extraordinarii, quibus non debent ordinari  
accommodari. Quid n. ineptius, quam vt, quia seculis iam sexdecim claphis  
coacta sunt octodecim tantum generalia (vt omnia comprehendamus,  
quæ ipsi Papistæ sic appellant quanquam ex iis multa sunt vere merita) at-  
que ex toto orbe novem tantum locis, ideo sint omnium annorum, omnium  
que locorum fideles ad usum linguae incognitæ? Dicam explicatus.  
Quæ hæc eorum infamia est, qui, quia in Græcia, aut Italia, aut Gallia,  
aut Germania, celebrantur Synodi, ideo velut in Scotia, in Anglia, in Hispania,  
vbi nunquam vilè fuerunt (nam de vniuersalibus sermo est) non nisi Latine  
Scriptura legatur? Et in Gallia, quia anno millesimo ducentesimo quadra-  
gesimo quinto, vna & altera annos postea triginta Lugduni & tertia Viennæ  
annis rursum quadraginta serius; ideo ab initio Ecclesiæ, ad finem usque  
mundi, nec iis tantum locis, sed ubique locorum, vñquam contendat pere-  
grino idiomate libros sanctos plebi nō tam cōmunicandos, quā occultados?

**XIII.** Ad hæc, nego usum linguarum singulis regionibus cognitarum im-  
pediri, Conciliorum congregationem. Nam Niceno Concilio, o-  
mnium Conciliorum primo, & celeberrimo, adfuerunt non tantum Latini,  
Hosius, Vitus & Vincentius, sed etiam Græci, magno numero: ac præter eos,  
teste Eusebio de Vita Constantini lib. 3. c. 7. Phœnices, Arabes, Palæstini, Egyp-  
tii, Persa & Scythæ; qui omnes erant extra orbem Latinum. Non diffi-  
cet autem Bellarminus, saltem tribus linguis lectas fuisse olim Scripturas.  
Multo recentius Concilium Florentinum, non constitutis eis Latinis: Nam  
Græci eodem accesserunt, editaque sunt eius acta vtraque Lingua. Quis  
autem nescit neque Græcos Latine, neque Latinos Græce facit sua perage-  
re? Non estigitur verum, diuerstitatem linguarum in legenda publice Scrip-  
tura, obstat quoniam Concilia cogantur.

**XIV.** Atqui non omnes Patres habent donum linguarum. Est illud, in-  
quam, verum: Sed diligendi sunt qui habeant. Quid enim? an omnes in Pa-  
pato Episcopi Latine sciunt, omnes Abbates, omnes denique quorum ius est  
sedere in Concilio? Non sciunt, profecto non sciunt: Nam ego eiusmodi pos-  
sum ex nostra vicinia nominare. Deligendi, inquam, sunt maxime idonei,  
qui eo mittantur. Deinde vñendum est interpretibus. Sic in Cœcilio Ephesino  
notatur

notatus in actis, literas Celestini Latine scriptas, versas fuisse Græce, ut legentur.

XV. Translatas Scripturas fuisse in linguam Latinam, cum definetur Græca esse communis, inconsiderate Bellarminus dixit: Nam in magna Occidentis parte, Græca nunquam fuit communis: sed tantum Masiliæ, vi-

tinque noctis prouinciis: Latina autem nunquam in Oriente, raro etiam apud Græcos. Neque vñquam non latius patuit illa, quam hæc. Sciant autem omnes Latinam versionem, non excessisse fines Occidentis. Itaque falsum est, in eum finem factam esse, ut succederet Græca: sed quia oportuit Latinos Latine audire Deum loquentem, æque ac Græcos Græca.

## C A P. XI.

## An singulis etatibus mutanda translationes.

I. Si oporteret lingua vulgari Scripturas Sacras publice legere, oporteret etiam singulis etatibus mutare translationes. Nam linguae vulgares singulis seculis magna ex parte mutantur, ut Horatius in arte Poetica, & experientia ipsa docet. Toto vero translationum mutations, non sine graui-

mo periculo, & incommode fierent. Nam non semper inueniuntur idonei interpretes: atque ita multi errores committerentur, qui non possent postea facile tolli, cum neque Pontifices, neque Concilia de tot linguis iudicare possint. Sic Bellarminus.

II. Ledesima vehementius. Nam & quod ille de singulis etatibus dixit, aut seculis, contrahit ad paucos annos: solent enim (inquit) linguae singuli-

lis viginti annis aliqua ex parte immutari, ut quinque, sex, vel octo vocabula, aut phrases in quavis innouentur. Præterea varietates linguarum colligit. Diuersa qñim regna non solum idiomata non conueniunt, sed etiam eiusdem regni singulæ fere prouinciae, aliquando sic differunt, ut vel parum, vel ne verbum quidem intelligent aliarum. Eiusdem etiam prouinciae ciuitates, ac vero etiam pagi, ita inter se distant, ut ciues difficile rusticos intelligere valeant, rusticique ipsos ciues. Tum mutata versionis juxta idiomatum alterationum periculum hoc esse dicit, ne obrepat obliuio fidei antiquæ, ac eius memoria penitus deleretur: omnes etiam Traditiones Apostolicæ pe-

rant, nec probati villo modo possint.

III. Respondeo, falso asserti omnes linguae vulgares mutari singulis seculis: saltem sic, ut incognitæ evadant. Nam mutatiunculas quinque aut sex vocum, phrases co-tantum credo Ledesimam nominasse, ut risum moueret. Quid tum n. si arbos, & ramos antiqui dixerunt Latin? aut vt aliquam rem, & frangere gutturem? An propterea ea non intelliguntur ab is qui postea dixerunt arbor & rumor, & vt re aliqua, & frangere guttur? An vero a Cicerone frustra lectum dicamus Plautum, quia non cædem phrases occurruint in Terentio? Imo vero scimus Cyprianum de more habuisse, ut Tertullianum magistrum appellarer, et si immensum sit inter utrumque sermonis discrimen. Sed, ut dixi, hæc minutula Prætor curare non solet.

IV. Totum ergo potius attendendum est linguae corpus, & vita dicam, nō singula. Hoc ego tam facile mutari quam aduersari volunt, prorsus nego: contraque doceo ab ipsa experientia, quam mihi nominabant tantum, non etiam exemplis illustrabant Bellarminus, & Ledesima. Nam quod Latini sermonis in Italicum & Hispanicum, addo etiam Gallicum, mutationem sub-indicant, frustra est. Non enim accedit singulis seculis, quod illis oportebat probare, sed multis, quod mihi sufficit.

V. Porro lingua Hebraica duravit ab initio mundi, vbi Adamos videmus & Sethos, & Cainos, & Abeles, & reliquæ Hebraica analogia nominatos, saltem ad captiuitatem usque Babyloniam, per annos ter mille quadrigenitos, atque eo amplius. Hæc vero sunt singula Bellarmini secula? Quid Græcam dico? Certe ab Homeri seculo ad Christum numerantur anni circiter mille: & tamen ne iste quidem Græcorum primus fuit: nam priores nominantur Linus, Philamon, Tamyras, Amphion, Orpheus, Musæus, atque ali. En tibi ergo rursus decem secula pro vno. Necdum finis lingue Græcae. Nam longe post Christum Athanasios, Basilius, Chrysostomus, Ephiphanius, Cyrius nomimus Græce concessionatos. Possum vltierius pergere. Nam habemus Ioannis Cantacuzeni scripta vix ante annos trecentos, cum Epistola Mutulmani cuiusdam Græca illa quidem, sed tamen non pura, ut facile appareat scriptam ex stylo eius temporis: unde sunt ῥαδίζεται καταλάβεις, εἰρωέσθαι... Et fortasse huc referri queat Francisci Philexi testimonium, qui Saxolum Pratensem anno millesimo quadragesimo primo, hortabatur ut Constantinopolim petat potius quam Peloponnesum, rationem addens, quia hic lingua adeo effete depravata, ut nihil omnino saperet priscæ illius, eloquentissimæ Græciae: Illic vero & viri essent eruditæ, & culti mores, & sermo etiam nitidus. Exstat epistolarum lib. 4.

VI. Quandiu duravit lingua Latina, hinc cognosce. A Christo ad Vrbem conditam supputantur anni septingentiquinquaginta, paulo plus minusve. Post Christum, primum quidem mutationis indicium Bellarminus notauit ex Radeuico ad annum millesimum centesimum septuagesimum. Sed Lipsius, vir utram tam pius, quam doctus, multo altius, ex miscella historia Diaconi, & Festo: videlicet ad annum sexcentesimum, & quod excurrevit. Appear ergo rursus lingua Romanam perseverans ultra annos mille, ut etiam de nostro numero liberaliter decidamus.

VII. Lingua Italica eodem argumento, conficituriam durare annos milles, diserte apud Lipsum Germanicam nonnulli antiquissimam esse volunt, nec mutata: illi viderint. Certe Valerius Strabo de rebus Ecclesiasticis c. 6. aliquot dictiones recitat, quas audio etiam in vsu esse. Mortuū dicitur an. Christi octingentesimo quadragesimono. Anglica, ut appareat ex Matthæo Paris in Guillermo Conquestore, eadem erat ante annum millesimum. Habeamus vero etiam nos scriptas Philippi Pulcri regis, cuius initium à Gagnino refertur ad annum millesimum ducentesimum octogesimum sextum, constitutiones, lingua Francica, qua nunc vñmur, tantum paulo elegantiori. Itaque poterat vt libris sacris translatis, iam annos, Italia mille, Germania saltem octingentes, Anglia sexcentos, Gallia quadrtingentes: si illis contigissent Hieronymi, ut Dalmatis qui sua versione viuntur iam annos mille ducentos,

si Sexto credimus. Atque ita apparet merum esse μηδεπονεῖν quæd aduersari de singulis etatibus obicierebant.

VIII. Sed mutantur tamen linguae aliquando, negarique non potest, in nouandas esse tandem versiones, itaque respondeo pro absurdio id obici, quod est necessarium, valde abhorre à vnius iudicio. Esse enim potius omnia conquirenda adiumenta, ut illud, quicq; uid est potest vel incommodi, vel tanquam incommodi, supercur, & vtili, as publica non negligatur: quæ hic omnium maxima est, quandoquidem altera it via potest, aut omnino non potest pietas in tuto constituisse experientia. Nam defollo tanto thesauro scientie, quis neget immanes illas igne anti tenebras mundum occupasse, è quibus vix pauci emergerunt, multi ne volunt quidem.

IX. Ridiculus Ledesima, nobis regna, prouincias, ciuitates, pagos de singulis sic enumerat, quasi ille folus in mundo vixisset, nos nunc tandem celo delapsi nec audiuiissimus, nec vidilemus quicquam: nec sciremus quid idiomata eiusdem prouinciae differant a linguis Barbaris; tantoque spatio distare putemus Ionicam dialectum ab Attica, quando Arabicum sermonem à Gallico: aut Francicum ab Occitano, quanto Iaponicum ab Hispano. Nigra: nec sibi tantum arrogare debent Loiolitica pecora, vt omnes possint θεα ποιεῖσθαι. Anglis & Scottis sufficit vna eademque translatio: Omnibus Gallis, vna: omnibus Germanis vna: omnibus Hispanis vna: omnibus Italies vna: si modo Italos & Hispanos tanto beneficio non priuarent Inquisitorii carnifices. Quemadmodum olim omnibus Græcis vna; omnibus Latinis vna. Nec enim hodie plus differunt in Italia Neapolitani, à Lombardis, aut Genuensis: aut in Hispania Compostellani ab Arragonensis: quam olim Iones à Doricensibus: aut hodie in Gallia Occitani à Pictonibus.

X. Incommoda siue pericula quæ obiciunt, dico partim esse falsa, partim non necessaria, sed tantum contingentia. Falsum est, quod de antiquæ fidei obliuione Ledesima protulit. Contra enī tantum abest, vt noceat conseruandæ fidei iterata Scripturæ translatio, vt contra nullum sit certius medium eius conseruandæ perpetuandæque. Vere enim & pie Ioannes Cantacuzenus Apologia i. contra Mahometum. Οἱ Χελιστοί, ποὺ μὴ εἰς τὸν οὐληνόν συνεργόμενοι, ποὺ δὲ ἔχοντες εἰς τὸν οὐληνόν τοθημένους αὐτούς μεταστήνασσον τὸ βίβλον, ηγούμενοι τὸν οὐληνόν, καὶ οὐκ ξεκίναντες αὐθαγγιστούσι, οὐδὲ οὐδὲ τοθημένοις εἰσιν εἰσιτόντες εἰς τὸν οὐληνόν. Christiani iam in Ecclesiis congregati, iam singuli domi sua, quotidie legunt Biblia. Atque tum temporis diuturnitas, tum continua lectio, tum diligens inuestigatio, manifestat, docetque omnem veritatem. Contra vero de Mufulmanis δοξα γὰρ μαστιχὴν τὸν γενέφαντα, iuvant, et quod Scripturas ignorarunt, in ea incidunt, dogmata.

XI. Probat experientia. Nam apud Papistas cum Scriptura non existens lingua incognita, aut certe paucis cognita, effectum inde est, vt quid Christus instituerit, tradideritque, vix quisquam sciat, ideoque à prima sineritate discessum fit. Apud nos autem restitutis populo sacris libris, restituata simul est prima veritas, cognitaque doctis & indoctis, viris & mulieribus, magnis & paruis, denique clero & plebi.

XII. Iam quod attinet ad incommoda contingentia, primo considerandum dico, è duobus utrum sit & incommodius & periculosius. Sic enim prudentes solent: vt quia vix quicquam magni inueniatur vacuum incommodes & periculis, id subeant quod minus habere comperitur & incommodi & periculi. At & incommodius est, & periculosius Scripturam aut prorsus publice non legi, aut, quod idem est, singulis seculis novas prodire translationes.

XIII. Secundo hæc ipsa siue pericula siue incommoda nego esse tanta, quanta videntur Bellarmino. Quæ enim? Videlicet, quia non temperinueniuntur interpres idonei. At hoc falsum. Courta enim docuit experientia. Cum ex Hebreo in Græcum transferendum fuit, præsto fuerunt Septuaginta: cum in Latinum, infiniti, & post alias Hieronymus: cum in Armenicum, Chrysostomus: in Chaldaicum, Ionathas: in Dalmaticum, Hieronymus: in Arabicum, Saadias: sic alias alii. Et spes est, nunquam defuturos: cum diligenter conseruatam sciamus cognitionem linguarum Hebraicæ, & Græcae & Latinae: vulgares autem sint in vsu continuo. Itaque si noræ sunt lingue è quibus: & rursus noræ lingue, in quas vertenda est Scriptura, quid obstat quominus commodè verti possit?

XIV. Sed facile (inquit) multi errores in vertendo committerentur. Fortasse, inquam. Sed primo, non est Bibliorum etiam non carentium vitio traslatoris, fructus nullus. Nam vix poterit post hac plus peccari, quam Græce & Latine factum est. Et tamen diutissime in editionibus Ecclesia vfa est, magno cum successu. Cum prorsus nulla sit utilitas lingue incognitæ. Ut audacter dicam, præstare similes Græcis aut Latinis editiones terere, quam omnino nullas, aut quod idem est, incognitas.

XV. Secundo, errorum tollendorum non est nula ratio. At non facilis, inquit Esto, inquam: sed tamen aliqua. Si oīm Hieronymus Græcam commendauit: & Latinam Noui Testamenti, ex collatione linguarum originallium. Magno id quidem cum labore: sed successu non insci. Et tamen cur non facilis? Scilicet, quia neque Pontifices, neque Concilia de tot linguis iudicare possunt. Respondeo, Pontifices intelligi, vel in uniuersum Episcopos, vel Papistice, Romanos solos, ad quos Iesuita deferunt summum in Religione iudicium, Concilia autem vel particularia vel Oecumenica: Romanos Pontifices, concedo non posse iudicare, quorum nonnulli adeo sunt imperiti, vt ne literas quidem norint. Sed nego hoc eorum ius esse. Omnes autem Episcopi, siue Concilia, & possunt & debent editiones examinare. Concilia inquam, particularia. Nam in Oecumenicis fieri potest, vt maior pars imperiit sit earum linguarum, de quibus iudicium exposcitur: videlicet in quas sit translatio. Sed quid obstat, quominus omnes Episcopi Galli iudicent de Translatione Gallica? Germani de Germanica, & sic deinceps? Nam quæ singulis prouinciis occurrunt negotia, ex terminari à particularibus Synodis veteris est Christia-norum politia.

## CAP. XII.

*An Linguæ vulgares violent maiestatem Scripturæ.*

I. **S**i maiestas Scripturæ Sanctæ, diuinorumque mysteriorum violatur à linguis vulgaribus, ergo Scriptura non est in vulgares linguas transfe-reada. At prius verum. Ergo & posterius. Hoc à Bellarmino leuiter attingi-tur, à Lizeto diligentius tractatur, & Sutore.

I. Probatur antecedens. Primo, quia in sacris mysteriis multa sunt, quae secreta esse debent, ut etiam veteres dicitur. Dionysius c. i. & ultimo Ecclesiastice Hierarchia. Origenes Homil. 5. in Numeros. Basilius de Spiritu S. c. 27. Chrysostomus 2. 4. in Matthaeum. Gregorius lib. 4. Dialogorum c. 56. Sic Bellarminus. Secundo, quia non poterit Scriptura decenter intelligi à multis, eamque ob rem contemnetur. Sic Julianus Apostata dixit, Vidi, legi, contempsi. Cui Basilius, Vidisti, legisti, non intellexisti. Si intellexisses, non contemphsis. Hæc Sutor, deinceps Lizetus. Tertio, quia vulgares linguae plane sunt Barbaræ, & viles, in comparatione trium principiarum linguarum, quarum verbis diuina constant monumenta. Quarto, quia Augustinus de doctrina Christiana libro 2. c. 11. asserit quædam in Latina editione retineri Hebraicæ & Graecæ propter sanctiorem autoritatem, seruata antiquitate.

& Græca, propter sanctiorem autoritatem, feruata antiquitate.  
III. Respondeo. Negatur antecedens. Nam linguae vulgares aptæ sunt ad Deum laudandum, certe etiam ad efferenda diuinam mysteria. Quid est enim in mysteriis maius laudibus Dei? Deinde violent eam maiestatem, si violent, vel simpliciter quia cognitæ sunt, vel saltē, quia omnibus cognitæ, vel denique quia verbis non satis exprimunt. At non primum. Nam h̄c etiam Græca & Latina violent, quia cognitæ sunt saltē doctis. Non secundum: quia si omnes linguae vulgo cognitæ eam maiestatem minuunt, & ea nunquam sit minuenda, tum profecto nunquam ulli linguae vulgo cognitæ eo fuissent mysteria commendanda. Prout deus, qui primus exemplum dedit explicandorum facta religionis mysteriorum lingua vulgo cognita, tam ipse per se, quam decalogum propriis digitis scripta, quam per Mosen & Prophetas, tandemque per Apostolos, reus esset eius immunitate maiestatis. Quod est blasphemum.

**IV.** Non denique tertium : quia, cum duplice intelligantur mysteria non satis exprimi, vel habita ipsorum ratione, quotum tanta sit altitudo, ut longe infra subsidant verba adhibita : vel nostri, ut sensus sit, non satis apte mysteria illa proponi, ut cognoscantur, quatenus a nobis & possunt & debent prius generale est omnibus linguis siue vulgaribus siue doctis: unde Sapientia 17. *Magna sunt iudicia tua, Domine, & inenarrabilia verba tua.* Itaque non tantum in vulgares, sed omnino in omnes linguis hoc crimen esset deriuandum. Vel certe negandum, tum violari diuinam maiestatem, cum eius altitudinem verba nostra non sequantur. Posterior autem, aque falso sum est de linguis vulgaribus ac de tribus doctis. Nulla est enim lingua tam inops, que non sufficiat exprimendis iis, que mente concipiuntur: illam autem maiestatem omnino necesse est mente conceipi, siquidem cognosci oportet, imo potius eatus concepi, quatenus cognosci. Accedit experientia: nihil est enim in toto Bibliorum corpore, quod non translatum sit in linguam Gallicam, ut hauc exempli gratia, nominem, mihi est vulgaribus linguis solam bene cognitam.

V. Ad hæc, valebit hoc argumentum, si quicquam valer, non solum contra Scripturarum versionem, sed etiā contra omnem usum linguarum vulgarium in docendis Christianis. Si enim hoc illis perpetuum est, & quasi usitato, vt longe recedant à maiestate divinat: aequa illa minuetur maiestas prædicando, ac scribendo. Nunquam autem minuendam esse constat. Ergo eodem iure non erit prædicanda Gallis Gallice, Italibus Italice : quod tamen contra sit apud ipsos Papistas. Quod si negent prædicando minuitum ego eodem iure negabo etiam scribendo. Ratio erit, quia cum verum sit *nihil certum* esse *opinatio* ratiōne nō dōbat, neccesse est fateamur, omnia posse scribi, quae dicimus. Itaque licebit Scripturas vertere.

V. Ad primam confirmationem, nego quicquam esse in Scriptura Sancta non publicandum, hoc est, publice comunicandum omnibus Christianis. Sic enim Christus imperauit Matth. 18. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce; et quod in aurem auditis, predicate supra domos.* Atque ita censuerunt olim veteres, cum, ut alias docuimus, cuilibet hominum generi tam serio commendarunt Scripturarum lectionem. Nam si quae essent occultanda, tu vel viris, vel mulieribus, vel prouectis, vel minoribus natu, vel doctis, vel imparitis, vel clericis, vel laicis, vel monachis, vel secularibus. At neque his, neque illis, quia neutris interdicitur lectio. Ergo, nihil est secreum, nihil non publicandum.

VIII. Origenes in Numeros homil 5. In Ecclesiasticis observationibus sum nonnulla huiusmodi, qua omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus pater. Basilios de Spiritu S. c.27. Tunc et tu exhortari te poscas ut idem ducimus tuus in hoc usque ad meum tempore. tu illam certe in secessione didicisti a liis exodus, tu ergo et tu  
tunc A. et te auctoritate apostolicae scripturae habemus expositio parere possimus. Dogmatum & praeconiorum Ecclesiasticorum, quadam habemus ex scripta doctrina, quadam accepimus a traditione Apostolorum mystice communicata. Chrysost. in Matth.

X. His in locis hæc confidero. Primo, solere à Papistis proferri, ad probandas traditiones non scriptas, id est, eas, quæ non continentur in Scriptura sancta. Et sane, Basilius eo refert diserte suum illud *επιμνησία*. Duo enim cōstatuit observationum genera, nempe *δογματα και πρόγραμματα*, quorum haec habeantur ex Scriptura, illa vero *λόγοι των σπουδών και μεταπτυχίων* ἀπόδοσις ex tacita & mystica traditione: sive enī *τοις αδημοσίεστι και απόφερτη διδασκαλίᾳ*, sive enī *διπλαστραγράφηται και απεριττωται συγκριτική οι πατέρες ήμων ιψυλακον*, καὶ λατιναις *διδασκαλίαις τῶν μυστηρίων τὰ σεμιά σωτηρίης Αγαστον Καθαρισμον*: ex doctrina non publicata, sed secreta, qnam patres nostri silentio neque curioso, neque affectato custodierunt, nimiriun, quia optime scirent, grauia mysteria silentio conseruanda. Hæc, inquam, ille *τοις τῶν δογμάτων*. Sed ea, quæ habentur è Scripturis, *πρόγραμματα nominauit, innuens non silentio esse tegenda, in auremne murmuranda, sed prædicanda, publiceque enuncianda: proinde que etiam vertenda in linguis vulgares. Vsum ergo linguae incognitæ, id est, silentium, iis rebus, quas habent ex mera Traditione non scripta, seruent Papistæ, si faviant: neque hoc argumento Scripturæ versiones impugnant.*

**X.** Secundo non fidelibus: si Patres docent tacenda, si, que tacenda sunt sed infidelibus: Sic enim Chrysostomus diserte designauit eos, quos nulla spes est, ad bonam frugem redditus: nisique opponit eos, quos docere oportet, atque ipsis libere omnia prædicanda significat. Nec aliter Dionysius res ipsas opponit *τοῖς ἀγνῶσταις*, his sua volens mysteria *καὶ τετταράγονοι* illis autem *τοῖς οὐ γνωσθεῖσιν*. At nobis sane, quid infidelibus fiat, aut non fiat, cura nulla est, sed fidelibus noluimus suos occultari thesauros. Porro non sequitur, si tacenda sunt infidelibus mysteria, ideo ne fidelibus quidem esse communicanda.

XI. Tertio hoc argumento non magis linguas vulgares peti dico, quam doctas. Docet enim experientia, non solos fideles esse peritos carum, sed etiam plumbos infideles. Itaque si verum est argumentum & necessarium, ut neque vulgaribus neque doctis linguis exponenda erunt mysteria: id est omnino non scribenda. Quod tamen contra faciendum docuit Spiritus Sanctus, ad quem autorem sine dubio referunt Scriptura sacra.

XII. In secunda confirmatione, syllogismus ita formandus est: Quicunque Scripturam non intelligit, contemnit. At multi eam vel legentes vel audiētes in lingua cognita non intelligunt. Ergo etiam contemnunt. Respondeo, primo idem argumentum multo fortius concludere contra usum linguis incognitis, in hunc modum: Quicunq; Scripturam nō intelligit, contemnit. At nemo legens, vel audiens Scripturam in lingua incognita, eam intelligit. Ergo omnes qui legunt vel audiunt Scripturam in lingua incognita, eam contemnunt. Quare, si propter multos vitanda est lingua cognita, multo magis propter omnes vitanda erit incognita. Minor probatur ex Augustino de Doctrina Christiana lib. 2. c. 10. asserente duabus de causis non intelligi quae scripta sunt, si ariignotis, aut ambiguis signis, id est, verbis, obtegantur.

XIII. Secundo, Scripturam non intelligi, dupliciter dicitur: vel, ut tota sit non intellecta: vel duntaxat quædam eius partes. Priori sensu nego illum esse Christianum, qui Scripturam legens lingua sibi cognita, non intelligat: propterea neganda erit syllogismi propositio minor, intelligere enim quilibet fidelis procul dubio maiorem partem. At posteriori sensu, nego maiorem. Nam quæ partes à fidelibus intelligentur, & plus poterunt ad conservandam maiestatem Scripturarum quam ad imminuendam quæ remanebunt obscuræ. Sic Tertullianus, *Adoro* (inquit) plenitudinem Scripturae: quis ausilium asserere ei totam fusile facilem. Imo Augustinus libro paulo ante citato, c. 6. *Magnifice*, inquit, & *salubriter Spiritu Sanctus ita Scripturas Sanctas modicauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidio detigeret*. Certe, quia non potest esse contemptus, absque fastidio, & fastidium obscura detergunt, tantum abest, ut, quæ obscura sunt, contemptum induant, ut depellant porius. Et quidem omnino ita necesse est. Nam quis est hominum, qui se audeat asserere, nihil obscuri comperisse in Scriptura? Ergo nemo esset hominum siue imperitorum, siue peritorum, qui Scripturam non contemneret, quod est absurdum.

XIV. Tertio, exemplum Iuliani Apostatae est. Non tantum quia infidelis erat, nos autem fide i in curam gerimus: & infideles Scripturam non capiunt, quomodo cuncte legant, sive lingua vernacula, sive doctrina. Sed etiam, quia quas Scripturas ille se contemnere dicebat, legerat Graece, et Latine. At aduerfari concedunt earum linguarum usum. Non est autem usum, si Iulianus Graece aut Latine legens contempnit, ut eius criminis in linguis vulgaribus faba cuderetur.

XV. Tertiam confirmationem Bellarminus encruat, lib. 2. de verbo De c. 15. cum negat linguam Latinam esse sanctiorem, & grauiorem, si verba sunt etemus, hoc est, ex ipsa sua natura, sed tantum, quia non sunt vulgaris, hoc est per accidentem. Itaque non est argumentum necessarium, sed duntaxat contingens. Nam certe initio Ecclesiae utraque lingua, & Graeca & Latina, erat vulgaris: propter ea si valer argumentum illi peccabant, qui tum temporis mysteria diuina Graece aut Latine proponebant, quod est absurdum.

XVI. Addo nullam linguam esse absolute Barbaram, sive respectu sui, sive respectu earum rerum, quas tractat: sed tantum relate ad homines. Nam quibus incognita est quaenam lingua, ea illis est Barbara: non autem illis a quibus intelligitur. Sic Germanica Germanis, Gallica Gallis, non est Barbara: sed Germanica Gallis, Gallica Germanis. Itaque hodie vere Barbarae sunt Graeca & Latina, quia non intellectae. Si igitur Batba linguae indignae sunt, quibus Scriptura commendetur effecto etiam his: Graeca, inquam, & Latina.

XVII. Similiter vitem negamus esse ullam lingua: sed vile cantum singulis quoddam styli genus, quod longissime recedit ab eloquentia facta.

Hic autem duplex: alterum humile; alterum sordidum. Illud, quod ita gravitatem eloquentiae vitavit, ut tamen ab honestate non discesserit: Hoc vero huius tantum non eloquens, sed ne elegans quidem; scatet vitiis, sollicitisimisque & barbarismis deturpatur. Illo honesto, et si humili genero, ut plurimum vobis est Spiritus Sanctus; Nam & Paulus ait se imperitum esse sermonem: & Hieronymus in Psalm. 90. *Theſaurum (inquit) ſenſum diuinum habemus in verbiſ viliſimiſ.* At Septuaginta interpres, & quicunque tandem auctoſ fuit Latina editionis, ita verterunt Scripturas, ut vix poffit eligi ab eius aliquod stylus genus. Certe vtraque editio non tantum vilius eſt; ſed etiam ſordida cum vocabulis, tum vero phrasibus barbara: ut ei non vereat noſtram Gallicam longe preſferre. Itaque Lizetus hoc argumento nihil concludit; quod officiat linguis vulgaribus.

XVIII. Ad quartam confirmationem, repondeo Auguſtini verba ſic legi: *Hebræa verba non interpretata ſepe inuenimus in libris, ſicut Amen, Halleluia, & racha, & osanna, & ſi qua ſunt alia. Quorum partim propter sanctiorem autoritatē, quanquam interpretari potuſſent; ſernata eſt antiquitas, ſicut eſt Amen, & halleluia; partim vero in aliam lingua tranſferri non potuſſe dicuntur.*

XIX. Primum ergo, Auguſtinus non loquitur de continuo ſtylo, ſed de paucis quibusdam vocibus, quas & notare, inquit, & interrogare eſt facilium; unde fit, ut ipſo vſu communes euadant & cognitae. Sic enim Ecclesia, Baptisma, Euchariftia, ex Graeca lingua iam communicata ſunt omnibus, nihilque habent obſcuri. Quod continuo ſtylo accidere non potest. Neque enim, exempli gratia, apud Papistas totam orationem Dominicam Latine millies recitatam mulierculæ intelligunt, ut poſtemam eius vocem *Amen*. Itaque non ſequitur, ſi haec pauca voceſ retentæ fuerunt, ut ideo totus contextus retineri debet.

XX. Secundo, sanctiorem autoritatem ab Auguſtino appellari conſtat, non rerum ipſatum, que ſignificantur, ſed verborum; que ex ſolenni vſu & quidem antiquo, vocabulis tum acquiruntur, tum confirmatur. Itaque non ſignificauit, ſi alia vſparentur, tum fore; ut imminuat dignitas earum rerum, quibus illa ſignificantur adhibentur: ſed tantum corum verborum vſum eſſe retentum ad eas res ſignificandas, quia corum verborum eſſe exigua quædam autoritas. Vnde ſequitur, reliqua, quorum nulla eſt autoritas, ſed tantum promiscuus vſus, non eſſe ſimiliter retinenda, ſed libere immunda.

## C A P. XIII.

## An Versiones Scripturam obſcurent.

I. Franciscus Cordubensis annotationum Catholicarum art. I. c. 10. *Seſtarij (inquit) diuinam Scripturam doctorumque commentaria transſerentes in vulgarem lingua, male meriti de fidei doctrina ſunt. Nam ſidei myſtoria, clarius in lingua Graeca quam in Latina, & in Latina quam in Germanica, vel in alia lingua vulgari exponuntur. Scriptura enim quanto ex primitiua lingua in alias plures tranſerunt, tanto obſcurior redditur, tantoque maiores difficultates circa eam inſurgunt. Argumentationis vi haec eſt. Quicunque Scripturam Sanctam obſcuriorum reddunt, male merentur de fidei doctrina. At quicunque Scripturam Sanctam tranſerunt in vulgares linguaſ, illi candem obſcuriorum reddunt. Ergo iidem male merentur de fidei doctrina.*

II. Probabant aſſumptio, primo autoritate Hieronymi in praefatione in Chronicone Eusebij aſſertentis difficile eſſe alienas linguaſ inſequenteſ, non alicubi impingere: & Psalmoſ, Canticum Deuteronomij, ac Eſaiæ, libroſq; Salomonis & iob, cum Graeca leguntur, aliud ſonare, cum Latine, proſuſ inhaerere. Secundo, quia nullib[us] quam in Germania, & nunquam plures quā nostro ſeculo, circa fidei dogmata controuerſie fuerunt. Tertio, (qua ratio eſt Liceti) Auguſtinus, ut omnis Latinae translationis ambiguitas explodi posset, monebat duarum priorum linguarum, e quibus translatio Latina erat facta, notionem habendam. Ergo facta translatione in vulgarem Gallicam neceſſarium eſſe lingua Latinam noſtrę, alioquin eam qui legent, innumeris ſe difficultibus implicitoſ comperient.

III. Repondeo, comparati translationes, vel omnes cum textu archetypo; ut non tantum Graeca, ſed etiam Latina, & Gallica, & Syriaca & reliquo ſint obſcuriores Hebraica editione Veteris & Graeca Noui Testamenti: Vel ipſas etiam inter ſe: ut, exempli gratia, Graeca ſit obſcurior Hebraica, tum Latina rurſus Graeca. Et denique Gallica Latina: Et ſic in infinitum. Vtq[ue] modo negatur minor.

IV. Nam eti[us] noua nullā ſint in versionibus, quaſ ſiunt obſcuriora: ut ſi quaſ minus apte explicantur vocabuliſ magis ambigiuiſ, tamen non eſt propterea tota verio obſcurior ipſo textu. Niſi mitum quia cum duplex ſit obſcuritas, altera rerum, ſignorum altera: in textu Hebreo vtracq[ue] regnat; quia ſigna ſunt incognita: his autem obſcuris non poſſunt res fieri perſpicue. Itaque Paulus aſſerit eum qui loquitur lingua incognita, prioris ad Corinthios decimo quarto, à nemine audiri: quidque ille dicat idiotaſ nescire: propterea iubet aut tacere, aut adhibere interpretem. Quod ſi efficit interpres, ut intelligantur ea quaſ proſuſ ignota erant, tum ſane non eſt neceſſe interpretando fieri aliquid obſcurius. Quanquam argumentis non eſt opus. Nam quis credit libros Moſis, ſi Athenis aut Roma leſti olim ſuiffent Hebraice, minus futuroſ ſuiffe obſcuris, quam Graeca aut Latina?

V. Atque adeo, cur ipſi Papistaſ ytuntur versione Psalmorum, iobi & Proverbiorum, quaſ non eſt ex Hebreo, ſed ex Graeco? Et ante Hieronymum tota Biblia, non aliter Latina exſtabant, quam ex editione Septuaginta? Dicant nobis ingenue aduersarij, an confeant tum in Ecclesia Latina obſcuriorum rem fuſſe eam versione Hebraica aug. Latina. Imo vero an confeant eius Latina versionis eſſe male meritos de Ecclesia, de doctrina fidei. Certe Auguſtinus gratulatur Hieronymo. Quid Apostoloſ dicam, & Apoſtolicos viroſ, qui (ſi Bellarmino credimus & reliqui) Euangeliū Matthei ex Hebreo, Marci autem ē Latino verterunt in lingua Graecam?

VI. Iam ad probationes aſſumptionis facilis reſponſio. In prima, Hieronymus negat facile eſſe interpretem non alicubi impingere: at non ait, aut nullo modo caueri poſſe: aut, ſi caueri non poſſit, per petuo fieri, ſiue per totum contextum; ſed tantum alicubi. Non ſequitur vero, ut ſi alicubi impingerit,

Tom. I.

ideo totum opus reddiderit obſcuritatis ipſo primo contextu. Præstat autem Biblia haberi in Ecclesia quibusdam locis obſcuriora; quam omnino nulla. Verè enim tum nullā habentur, quādō non habentur niſi lingua incognita. Rurſus Hieronymus negat libriſ ſacros carmine scriptos; cuiſi vertuntur, in alias linguaſ, ſapere poēti: quod ut veriſiſimum eſt, ita nihil ad noſtrum inſtitutum.

VII. Secunda confirmatione prium eſt falsa: quia in Germania toto decimo ſexto ſeculo haec duntaxat hæresiſ graſſata ſunt, Papistarum, Vbiq[ue]tariorū, Anabaptiſtarum, Schuetic-Feldiſtarum. Quantumlibet Sta-phyliſ, Lindanus, Præteolus, impudenter audaceſ iſtitutaſ alias numeratim; non quaſ vera eſſent, ſed quaſ ipſi coſminiferaunt, totidem ſicut no- minibus; quod ſe vii magni oppoſuerunt hærefiſbus Papistiſ, Lutheruſ Melanchthon, Buceruſ, Zuingliuſ, Caluinus, Beza, OEColampadiuſ, reliqui. At olim vno eodemque ſeculo, cum aut ſola; aut certe omnium maxime vigebant editiones Graeca & Latina, numerauitur multo plures, No-uaianoruſ, Doſtatiſtarum; Manichæotum, Arianiſtarum, Pelagianoruſ, Nestorianoruſ, Anthropomorphitarum, Eutychianoruſ, Origenistarum; Meletianotum; atque aliorum, qui ommes vel perſeuerauit, vel emerſerunt ſeculo quaſto.

VIII. Deinde, quæ in Germania graſſantur hærefiſes, natæ non ſunt e vulgariſ versionibus ſed ex peruerſa interpretatione Scripture, ſive ea Hebraicæ legatur, ſive Graeca, ſive Latinæ. Nam quibus locis abutuntur hæretici, in illis illis ſit tam verba mutant, quam ſenſum corrumpunt. Sic Vbiq[ue]tarioſ refutans Bellarmino; aut Gregorius de Valentia, nequā obiciunt malam versioneni, ſed tantum peruerſam interpretationem. Soli ſunt Papiſtae, quibus hoc crimen obiciuntur, propter Latinam editionem, quam illi volunt non eſſe authenticam, cum ſcataet mendis, & quidem non leuissimiſ. Sic probant frēquentes adorationem Sanctorum ex Psalm. 199. *Mibi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum: quæ verba ſunt pefima ſide pro alijs Hebraicæ ſuppoſita.*

IX. Tertiæ confirmationis difficultas non eſt magni momenti. Primo, non eſt verum tres linguaſ eſſe necessariaſ. Nam id tum accidit duntaxat, cum versiones ſiunt ex aliis versionibus, noſtū autem ex ipſo fonte, ut Papiſta, qui Gallice Biblia ediderunt rediſta versione Latine, ſi volunt hanc ipsam ſuam editionem diligentius examinare, eos neceſſe eſt & Latinæ ſcire, & Graeca & Hebraicæ. Sed nos qui ex ipſis fontibus noſtram hautiſtius editionem, carere poſſuimus lingua Latina, contenti Hebraica propter Vetus; Graeca propter Nouum Teſtamentum.

X. Deinde, nego hoc eſſe incommodum: ſed neceſſarium, longe autem diſtaſ vitrumque. Et quemadmodum non concludebat Auguſtinus, ſuppreſſam Latinam editionem, quia due in ſuper lingua erant neceſſaria: ſic ne nos quidem vulgariſ editiones improbare debemus, ſimilem ob causam. Nec ſequitur tam, omnes omnino Christianos debere Hebraicæ, Graeca, & Latina doctores eſſe. Non certe, inquam, magis hodie; quam olim Auguſtinī tempore.

## C A P. XIV.

## An ex Versionibus oriuntur Schismata.

I. Izetus & Ledesima argumentantur à Schismatum periculo. Contendit enim Izetus ex vernacula versione, Schismatis in Ecclesia Latina cuiusdems & ſumopere anteuerendum periculum imminuere. Charitatis vniuersitatis inter fideles bona ex parte peritram Ledesima.

II. Probant primo, quia linguaſ ſimilitudo benevolentiam conciliat, & eſt magnum amoris vinculum: ut perſpicueliquer inter homines eiusdem patris. Secundo, ex historia Babel, & confuſione linguaſ: Tertio, quia adueniens Christus millo poſt ascensionem paracletο, ad instar prioris ſeculi, in primitiua Ecclesia vniuersitatē fideliū vniuersitatis labiſ eſt voluerit: ut quorum erat cor vnu & anima vna, vna eſſet & liugia, nec poſſet impedire intellectum credentium alia diuersitas verborum, teſte Cypriano in ſermoni de Spiritu Sancto. Propterea Sophonias ita praedixerat ca. 3. *Tunc rediſtam populus labium electum, ut inuocent omnes nomen Domini:* quod in hunc ſenſum Hieronymus explicat. Apoſtolum etiam ad Romanos 15. ut vnamimes uno ore honorificetis Deum. Quarto, Graeci aliaſumque exterarum nationum populi, hac vtentes idiomaticum diuersitate in diuinis monumentis req̄ diuina facienda, ab Ecclesia Romana facile ſcilli fuerunt. Quinto, variarum linguaſ proprietates, variare & ſcindere in ſenſu & intellectu Euangeliū traditionem poſſent. Sexto, non modo Ecclesia Latina vniuersitatem laxari, verum & nomen ipſum funditus tolli videretur: quandoquidem complures particulares Ecclesia vna Latina Ecclesia videntur, quod omnes ſub Romana Ecclesia eodem Latino ſermonē videntur.

III. Sed hic metus omnino ſuperacaneus eſt: alioquin Schismatis in Deum ipſum referenda eſſet cauſa, qui in Ecclesiā Christianam ab ipſo initio contulerit donum linguaſ: quod quis neget eſſe blaſphemum? Deinde multus ſeculū Ecclesiæ per totum orbem variæ vniuersitatis coniunctiſſimæ fuerunt: nempe Hebraea, Graeca, & Latina: addo Chaldaicam, & Syram. Et quidem adeo coniunctæ, ut ſeſe eiusdem corporis membra ceniferent eſſe. Sic enim Graeci ad Latinos ſcribebant apud Theodoreum, *μηδέποτε μηδέποτε τοιαντας γνωσθεῖσας νοστραν προπονεῖσθαι.* conuocatiſ ſiſtis noſtā ſenſum propria mēbra: historia lib. 5. cap. 9. Et ſane Ecclesiā ſumcordia non in vocibus conſtituit, ſed in ſenſu, qui dum omnibus linguis idem ſeruatur; tum nullum eſt Schismatis periculum. Sic Irenaeus lib. 3. c. 4. *Hanc fidem, qui ſine literis crediderunt, quantum ad ſermonem noſtrum barbari ſunt: quantum autem ad ſententiam & conſuetudinem & conuocationem propter fidem, per quam ſapientiſſimi ſunt, & placent Deo.* Viden' Irenaeum diligenter diſtingue ſermonem & ſententia. Et in ſermonē ſolo barbarum coniunctuere; id eſt, ſeparationis inſidium.

IV. Sic redintegratam Macedonianorum cum Catholicis coniunctio, non in eo ſtatuit Liberius quod omnes Latina loquerentur, ſed quod 14 dem ſentirent. Verba ſunt apud Socratem lib. 4. cap. 12. *τὸν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ οὐδὲν εἰπεῖν, νῆσον ὁροῦντας, Optatissimum nobis pacis & con-*

cordis & gaudium attulerunt litera vestra, omnes uero tamen & apud nos in ipsius lingua & nomen eius in eis & in aliis & in aliis in aliis & in aliis in aliis. Quod vestram sententiam, vestrasque opiniones cum sententia tua mea exigitatis, cum aliorum qui in Italia sunt, & ad Orientem consenire & connire confirmarunt demonstraruntque. Audin' tu ergo fuisse inter Macedonianos Graecos, & Occidentales Latinos, hoc est, inter diuersarum linguarum homines?

V. Et ne vetera diligentius colligam, satis nota; hodie Scotti, Angli, Belge, Helvetii, Rhœti, Galli, suis utuntur linguis singulis. Et tamen omnibus optime conuenit per eas regiones Ecclesiis reformatis. Nimirum quia apud omnes idem omnino sensus est de fide, eadem articulorum intelligentia. Nec nos à Germanis vlla separauit idiomaticum diuersitas, sed sola dogmatum disceptantia; quam si Deus aliquando nostris peccatis propius conciliet, nihil obstat, quominus in eandem communionis pacem admittantur.

VI. Nec vere Ledesima dixit conciliari beueuolentiam à lingua similitudine: et si non diffitear, non nihil esse in ea momenti. Sed id adeo exiguum esse docet experientia, vt nisi alia multa concurrent, omnino frustra sit, cum in Republica, tum in Ecclesia. Nam in Republica, quam frequentissimi sunt iudei & greci, quam creberimæ domesticae seditiones? Graecorum inter se ut Atheniensium, Lacedæmoniorum, Thebanorum, atque aliorum: Romanorum tum intra eiusdem urbis incenia, tum per vniuersum orbem? In Ecclesia vero, nemo est qui nesciat in multis Africæ locis duplices fuisse Episcopos, Catholicum vnum, alterum Donatistam: Constantinopoli varios cœtus, imo contrarios cœtus. Quod si verum sit, & cum adeat lingua eiusdem communio, non deesse discidia, & cum abeat, adesse tamen pacem; quis iam in ea magnum esse monumentum dicat?

VII. Historia confusione Babelica non est exemplum satis appositum: Accidit enim illa non ex diuersitate linguarum, sed ex ignoratione: itaque aptius esset ad probandum schismata oriri ex vsu linguae incognitæ in Ecclesia. Nam, quemadmodum discesserunt huc illuc adficiatores turris, quem coepérunt alii esse Barbari, ita posset facile plebs secedere à Clero, quem non audit nisi Barbare loquentem. Adeo, Ecclesiæ cum communicant inter se, non magis ut lingua incognita, quam quum suas plebes docent. Nec nos, si plebi restituimus Scripturas Sacras versas in suam lingua, ideo aut Latinam aut Graecam lingua abolemus. Imo utrunque facimus; Ethas conseruatas volumus, tanquam utilissimum instrumentum communicandi cum exteris Ecclesiis: & vulgares in usum producimus, ut necessarium medium plebi instruenda. Iste autem adeo attenti sunt, imo vero non sunt, sed esse potius fingunt conseruandis illis linguis, & per eas communioni exterruni Ecclesiæ, ut ablegato usu vulgarium suarum, plebium instructio nem negligant.

VIII. Falsum & illud est; Christum voluisse in primitiâ Ecclesia vniuersitatē fidelium esse vnius labij; hoc est, vnius linguae: alioqui concesserit donum vnius linguae: non donum linguarum, quo accepto statim concessionati sunt Apostoli idiomaticæ vulgari singularum gentium; Vnde astantiū admiratio, Quomodo nos audimus eos sua quicquid lingua in qua nati sumus? Nam re vera, coepérunt loqui etiâ in aliis linguis, prout Spiritus illis dabant eloqui.

IX. Cyprianus, siue quis alius est autor eius sermonis de Spiritu Sancto: totum hoc peruerit miraculum: ita enim interpretatur, ut intelligat, non ipsos quidem Apostolos variis linguis esse loquuros, puta Parthis Parthice, Medis Medice, Iudeis Iudaice, sed omnibus vnicâ, videlicet sua illa, cui pridem assueverat: effecisse autem Spiritum Sanctum, ut eam vnam quicunque auribus exciperent, putarent esse suam quicquid: atque eatenus, vnius fuisse labij vniuersitatem fidelium, ut ne posset impeditre intelligentiam credentium aliqua diuersitas verborum.

X. Atis fœde fallitur. Re vera enim donum linguarum eiusmodi erat, ut ipsi Apostoli nossent omnes linguas, & verè omnibus linguis loquerentur, οὐκέτι (inquit Lucas) λαλεῖτε πάντες γλώσσαις. At τὸ λαλεῖν nullo modo id significat, quod fit in auditoribus, sed quod faciunt iij ipsi qui dicuntur loqui. Sed & Paulus prioris ad Corinthios decimoquarto, significat aliquos ita linguis esse loquitos, ut à plebe non intelligantur; eosque iuber adhibere interpretrem. Ipse etiam gloriatur se pluribus linguis loqui, quam Corinthios. Denique ex vi huius doni scriperunt Apostoli Graece. Nec ullus est tam audax qui asserat Nouum Testamentum scriptum esse Iudaice, à nobis autem legi Græce. Quanto igitur melius Augustinus sermone nono de Verbis Apostoli? Signum in illis procedebat unitatis: loquebatur enim tunc unus homo omnibus linguis: quia locutus erat unitas Ecclesia in omnibus linguis: Expanserunt qui audiebant. Nouerant enim homines idiotas fuisse, vnius tantum

lingue: & mirabantur ac stupebant, quod vnius lingua homines, vel ut multum duarum, linguis omnium gentium loquerentur.

XI. Sed, quid tum, si hæc tam vera sunt, quam euicimus esse falsa? Nihil sane Lizetus promovet. Nam, si erant tum fideles vnius omnes labij ea lingua, quæcumque erat, ab omnibus intelligebatur, etiam laicos. At earum linguarum usus, quem impugnamus, eiusmodi est, ut sensus percipi non possit à plebe. Certè si nobis id miraculum Papistæ restituerent, ut omnes intelligerent, quæ illi Latine pronunciant, nunquam essemus importuni. Ceterum, ea fidelium vnitatis non procedebat inde, quod vnicâ lingua Apostoli uterentur, si tamen utrebantur: sed quod eius sententiam omnes perciperent: quod hodie cum non fiat, non potest etiam vnius lingue usus utilis esse vnitati conseruanda.

XII. Sophonias nihil eiusmodi prophetauit. Significat enim tantum fore, ut omnium gentium lingua inuocetur Deus. Tertius Hieronymus in eum locum. Ut unusquisque errore deposito ad antiquum confessionis Domini eloquium reuertatur, & in nomine Iesu omne genu fleatur cœlestium, terrarum, & inferorum: & omnis lingua confiteatur Dominum Iesum in gloria Dei Patris. Non sensit ergo Hieronymus vnam certam futuram esse lingua: quod crassissimum erat Iudæorum commentum, ex hoc loco colligentium, eodem teste, temporibus Messia, futurum ut omnes Hebraice loquerentur: sed omnes potius linguas laudaturas Dominum: proinde labium purum appellari non propter ipsam vocem, aut sonum, qui omnibus sit idem; sed propter vocis & soni sententiam omnibus caudem.

XIII. Pauli decimoquinto ad Romanos verba hæc sunt, Deus patientia & consolationis dedit vobis, ut eodem animo inter vos affecti sitis secundum Christum Iesum: ut concorditer uno ore glorificetis Deum. Hæc quid ad vnius lingue usum in omnibus Ecclesijs? Primum fatis appetit Paulum de sensu magis loqui quām de vocibus: Nam precatur ut det illis Deus nō ὁ ἡγεμόνης, quod faciunt etiam qui varijs idiomaticis loquentur. Sic vnum idemque sentiebant Graeci confitentes nō ὁ μούνος, & Latini exprimentes suum Consubstantiale, quanvis vocabulorum sonus valde sit diuersus. Secundo hec verbascripta sunt ad Romanos, id est, vnius Ecclesiæ homines, qui non tantum idem sentire debant, sed etiam eadem lingua uti. Non sequitur autem, si omnes Romani, ut video omnes omnium nationum homines debent Romanæ loqui. Tertio, hic etiam locus facit aduersus incognitæ lingue usum. Nam si præcipit Paulus Romanis, id est, vni Ecclesiæ, ut uno ore omnes laudent Dominum, ergo non vult, ut clerici suam habeant lingua separatam à lingua plebis, quod hodie fit apud Papistas.

XIV. Graecorum schisma non ex lingua differentia aut ortum est, aut confirmatum: sed ortum quidem ex dogmatum discrepanciarum omnium: confirmatum vero ex Romanorum superbia, clamant Graeci. Nilus libro primo de primatu Papæ. Ti πίνω εἰς τὸ τῆς Διγενεῶν αἷμα, τὸ μὲν καὶ τῆς οἰκουμένης σωματικὸν κυριακόν τὸ ζητεύμενον, τὸ μὲν τερπεῖον τὸ λύτρον τὸ παλαιὰ τὸν πατέραν τὸ τέτοιον Ἰησοῦν ἀδελφὸν τὸν Παύλον διδοκάλεσθαι ζητεύμενον ιδίαν καρδιάδην· τὸ δὲ ἄλλος τὸ μαθητῶν μοίραν ταπεινήν ἔχειν. Qua igitur est dissensionis causa? Quod communi totius orbis Concilio quæstio decidatur: nec procedit solutio iuxta antiquos patrum in his rebus mores. Sed Romani volunt huius questionis sedere doctores, alios autem, tanquam discipulos dicto audientes esse.

XV. Variari posse non nihil linguarum proprietatem, concedi potest: sed nihil est necesse, id est, eiusmodi, ut vitari non possit. Quin etiam si traditionis nomen restrinatur ad articulos fidei, facilissimum est ita stylum temperare, ita voces deligere, ut fides maneat integra, quod experimento iam pridem probatum est in versione Graeca, Latina, Syriaca, atque alijs. Si autem traditionum nominis alia Lizetus intelligat, que non sunt inter articulos, tum minus est periculum: nec possunt esse tanti, ut propterea retineatur lingua incognita.

XVI. Denique, quod de Latina Ecclesia obiicitur friuolum est. Non enim magis oportet extare aut nominari aliquam Ecclesiæ Latinam, quam Germanicam aut Gallicam: cum sit hæc denominatio ab accidentibus, que & adest & abesse possunt absq; rei interitu. Quid enim deterius esset, quācū nulla nominatur Ecclesia Syra? aut hodie Græca? Nam ne Papistæ quidem Graecos computant in Ecclesia. Nimirum habuit Lizetus præ oculis suam Ecclesiæ Romanæ autoritatem. At nos ideo etiam putamus deserendum utrum Romanæ lingue, id est, incognitæ, ne eo Antichristus abutatur, quasi certo arguento sue tyrannidis.

(o:o)

FINIS LIBRI VNDÉCIMI.

LIBER